



1654.

1. Bardili, Murekhardus: De haereditatis additione
2. Gravios, Johannes: De iuramento propter calumniam dando.
- 3<sup>a</sup>, 4<sup>a</sup>, 5<sup>a</sup> Lanterbach, Wolfgang Adamus: Resolutio l. sciendum est XV. §. qui satis dare cogantur. 3 Suppl 1654: 1722
- 4<sup>a</sup>, 5<sup>a</sup> Lanterbach, Wolfgang Adamus: De criminis conuicti iure. 2 Suppl. procuratore substituto.
- 5<sup>a</sup>, 6<sup>a</sup> Lanterbach, Wolfgang Adamus: ~~De criminis conuicti iure.~~ 2 Suppl.

1655

1. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De criminum praescriptio-  
tione.
2. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De iure in curia mercatorum  
forum usitato.
3. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De honoribus tutorum
4. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De thesauris conuicti  
acquisitione.



1686.

1. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De confessione
  2. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De syndicis
- 1659.
1. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De injuriis
  - 2<sup>a</sup>. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De arrha. 2. Febr. 1659: 1724.
  3. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De mortis causa donatione
  4. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De actione injuriarum  
recentioria

1688

1. Bursili, Burkhardus: De nuda proprietate
2. Lanterbach, Wolfgang Adamus: De voluntaria juri actione



*[Faint handwritten notes on the left margin, including the word "Section"]*





1400.


1. Leiberbach, Wolfgang  
 2. Leiberbach, Wolfgang  
 157.  
 3. Leiberbach, Wolfgang  
 158. Leiberbach, Wolfgang  
 4. Leiberbach, Wolfgang  
 5. Leiberbach, Wolfgang  
 6. Leiberbach, Wolfgang  
 7. Leiberbach, Wolfgang  
 8. Leiberbach, Wolfgang  
 9. Leiberbach, Wolfgang  
 10. Leiberbach, Wolfgang  
 11. Leiberbach, Wolfgang  
 12. Leiberbach, Wolfgang  
 13. Leiberbach, Wolfgang  
 14. Leiberbach, Wolfgang  
 15. Leiberbach, Wolfgang  
 16. Leiberbach, Wolfgang  
 17. Leiberbach, Wolfgang  
 18. Leiberbach, Wolfgang  
 19. Leiberbach, Wolfgang  
 20. Leiberbach, Wolfgang  
 21. Leiberbach, Wolfgang  
 22. Leiberbach, Wolfgang  
 23. Leiberbach, Wolfgang  
 24. Leiberbach, Wolfgang  
 25. Leiberbach, Wolfgang  
 26. Leiberbach, Wolfgang  
 27. Leiberbach, Wolfgang  
 28. Leiberbach, Wolfgang  
 29. Leiberbach, Wolfgang  
 30. Leiberbach, Wolfgang  
 31. Leiberbach, Wolfgang  
 32. Leiberbach, Wolfgang  
 33. Leiberbach, Wolfgang  
 34. Leiberbach, Wolfgang  
 35. Leiberbach, Wolfgang  
 36. Leiberbach, Wolfgang  
 37. Leiberbach, Wolfgang  
 38. Leiberbach, Wolfgang  
 39. Leiberbach, Wolfgang  
 40. Leiberbach, Wolfgang  
 41. Leiberbach, Wolfgang  
 42. Leiberbach, Wolfgang  
 43. Leiberbach, Wolfgang  
 44. Leiberbach, Wolfgang  
 45. Leiberbach, Wolfgang  
 46. Leiberbach, Wolfgang  
 47. Leiberbach, Wolfgang  
 48. Leiberbach, Wolfgang  
 49. Leiberbach, Wolfgang  
 50. Leiberbach, Wolfgang  
 51. Leiberbach, Wolfgang  
 52. Leiberbach, Wolfgang  
 53. Leiberbach, Wolfgang  
 54. Leiberbach, Wolfgang  
 55. Leiberbach, Wolfgang  
 56. Leiberbach, Wolfgang  
 57. Leiberbach, Wolfgang  
 58. Leiberbach, Wolfgang  
 59. Leiberbach, Wolfgang  
 60. Leiberbach, Wolfgang  
 61. Leiberbach, Wolfgang  
 62. Leiberbach, Wolfgang  
 63. Leiberbach, Wolfgang  
 64. Leiberbach, Wolfgang  
 65. Leiberbach, Wolfgang  
 66. Leiberbach, Wolfgang  
 67. Leiberbach, Wolfgang  
 68. Leiberbach, Wolfgang  
 69. Leiberbach, Wolfgang  
 70. Leiberbach, Wolfgang  
 71. Leiberbach, Wolfgang  
 72. Leiberbach, Wolfgang  
 73. Leiberbach, Wolfgang  
 74. Leiberbach, Wolfgang  
 75. Leiberbach, Wolfgang  
 76. Leiberbach, Wolfgang  
 77. Leiberbach, Wolfgang  
 78. Leiberbach, Wolfgang  
 79. Leiberbach, Wolfgang  
 80. Leiberbach, Wolfgang  
 81. Leiberbach, Wolfgang  
 82. Leiberbach, Wolfgang  
 83. Leiberbach, Wolfgang  
 84. Leiberbach, Wolfgang  
 85. Leiberbach, Wolfgang  
 86. Leiberbach, Wolfgang  
 87. Leiberbach, Wolfgang  
 88. Leiberbach, Wolfgang  
 89. Leiberbach, Wolfgang  
 90. Leiberbach, Wolfgang  
 91. Leiberbach, Wolfgang  
 92. Leiberbach, Wolfgang  
 93. Leiberbach, Wolfgang  
 94. Leiberbach, Wolfgang  
 95. Leiberbach, Wolfgang  
 96. Leiberbach, Wolfgang  
 97. Leiberbach, Wolfgang  
 98. Leiberbach, Wolfgang  
 99. Leiberbach, Wolfgang  
 100. Leiberbach, Wolfgang













HEREDITATIS

HEREDITATIS

HEREDITATIS





130





COMMENTATIO  
AD TIT. COD.

1654, 2.

*De*  
**JURE JURANDO**  
**PROPTER CALUMNIAM**  
**DANDO,**

2

*ad Praxin hodiernam accommodata;*

*Quam*  
NUMINIS DIVINI AUXILIO,  
*authoritate*

**AMPLISSIMI JURECON-**

sultorum Ordinis in Illustri & antiqua  
UNIVERSITATE Tubingensi,

*pro loco*  
*in FACULTATE JURIDICA*  
*rite obtinendo,*

*publicæ censuræ submittit*  
**JOHANNES GRAVIUS,**  
U. J. D. & Professor,

*Respondente*  
**TOBIA LOTTERO,**  
Stutgardâ Wûrtembergico,

*Die Februar. horis locoque solitis,*

Typis **JOHAN: ALEXANDRI CELLI,**

**ANNO M. DC. LIV.**



COPIA  
D. ANDO  
JURIS JURANDI

PROPTER CALUMNIAM

D. ANDO

ad hanc partem de iudicio

IN RE

AMPLISSIMO JURISCO

in hunc modum

IN RE

RECOGNITIONE

JOHANNES GRAVUS

TOTTA LOTTERO

Typi Johannis Alexandri Celli

Anno M. DC. LIV.



S E R E N I S S I M O

CELSISSIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO,

D O M I N O

JOHANNI  
FRIDERICO,

DUCI WURTEMBER-  
GIÆ ET TECCIÆ, COMITI  
MONTISBELIGAR-  
DIÆ,

DYNASTÆ HEYDENHEMII &c.

PRINCIPI AC DOMINO suo  
CLEMENTISSIMO,

*Dis-*



*Disertationem hanc solennem, in humilimo  
subjectionis, devotissimique obsequii Sym-  
bolum, submisit offert:*

EJVSDEMQUE

SERENITATIS

Ulteriori Gratia

*humilimè se commendat*

Tobias Lotter.  
R.



CHRISTO DUCE ET  
AUSPICE!

**M**ultitudinem ac diuturnitatem litium  
non leves corruptorum judiciorum causas esse, ex-  
perientia, rerum magistra, abunde docet; quibus di-  
minuendis olim Cato, forum muricibus ut

sterneretur, haud ineptè vocat, imò etiamnum quilibet Reip.  
clavum tenens præcipuam impendat operam necesse est: l. Prope-  
randum 13. in princ. C. de judic. c. Finem litibus x.  
de dol, & contum. cum simil. Ex litibus enim, ceu cri-  
minum plerumque ansa, Nov. 18. cap. 7. sub. fin. non solum  
ipsimet litigantes, verum & universitates egestate innumerisq;  
dispendiis afficiuntur. arg. Nov. 86. in fin. princ. & l. si quis  
ingenuâ 21, §. 1. D. de capt. & postlim. revers. Quamob-  
rem tum veteres JC. ti, tum Imp. noster Iustinianus facere non  
potuerunt, quin temeritatem litigantium, modo pœnâ pecuniariâ,  
modo infamie metu, modo etiam jurisjurandi religione  
coercerent, pr. Inst. de poen. tem. litig. quod postremum  
hujus nostræ disquisitionis argumentum esto.

De Etymologia, Definitione & Synonymis.

CAPUT I.

§. I.

**E**T primùm, ut intelligatur res, de qua est oratio, Cic. lib. 1.  
Off. nomen jurisjurandi compositum esse constat, non quasi Jo-  
vis jurandum, juxta Socratem apud Apulej. in lib. de Deo, sed à jure  
& jurando: à jure, quòd id, de quo juramentum est præstitum,

A 2

pro

ilimo  
ym.

S

mmendat  
otter.





pro lege fervari & nullo modo violari debeat, arg l. Non erit §. pr. & §. dato 2. D. de jurejur. Covarruv. in c. Quamvis p. 1. num. 3. de pact. in 6. vel quòd Divinum Numen pro jure veritatis constituitur, Ioh. Iac. Speidel. in Notabilib. voce *And*; à jurando, quòd adjectione hujus vocis quasi forma jurisjurandi, qualis esse debeat, denotetur: quo composito potius, quàm simplici (juramento, ut Plautus) puriores utuntur. Wefemb. in Paratit. C. de reb. cred. vers. Puriores. Seraphin de Seraphin. Tr. de privileg. iuram. in Addit. Praefat. num. 8. Hinc juramentum quasi juris adstringamentum. ibid. n. 4. Speidel. d. loc. Vocatur Sacramentum, quia, qui jurat, se quodammodo sacrat seu devovet, & quia quasi rei sacra arctissimum est vinculum, quòd nullo modo ludendum fit. ex Cic. lib. 3. Off. Obrecht. De jur. cal. c. 1. num. 9. Seraphin. d. loc. numer. 5. & seqq. Calumniam derivari ajunt ab antiquo verbo Calvor. i. e. frustror, decipio, l. si calvitur 233. pr. ubi Alciatus D. de V. S. metaphora à calvis mimis desumtâ, quòd frustrantur illos, qui ipsos per capillos prehendere conantur. Ierem. Serfer. de jurament. lib. 2. c. 1. n. 2. Obrecht. d. loc. n. 15. ubi, ut & num. seqq. vocabulum hoc Calumnie πολυσημον esse notant, & hoc quidem loco, id clariùs exprimente Illicon. Vimm. disp. ad process. judiciar. 12. Thes 7. num. 28. malitiosam significare judicii susceptionem, nempe si quis dolo malo vel actionem injustam intentat, vel rectè intentatam oppugnat per l. 1. §. 1. ad SC. Turpill. & tot. tit. de calumn. Conrad. Rittershus. ad Nov. part. 9. cap. 19. num. 3. Germanicè dicitur *Eyd für Gefahrde*: Kayf Cammergerichts. Ord. p. 1. tit. 65. Fürstl. Würtemb. Landr. p. 1. tit. 26. & Hoffger. Ord. fol. 25. & quidem primum (*Eyd*) variè derivatur, vel ab Hebræo *Ed*, h. e. testimonium, quale jurantes perhibent rebus, vel à germ. *een* sive *ein* / ab *uno*, ut sit *Eyd* quasi *eind* / *unitum*, videlicet cum eo, qui solus verè est *unus*, & cum quo convenire & consentire se asserunt, qui jurant; hinc *ein* *Bereiden* / est quasi *ein* *Bereinden* / adigere quem, ut se applicet ad *unum* illud verum, & ut diris se voveat, si aliud quid dicat; quàm quòd cum *uno* illo consentiat; quàm etymologiam potissimum probari Iac. Eberto in *Histor. Juramentor.* tradit Christoph. Besold. in *Thesaur. præ* hac voce *And* / eamque & deduci posse à Græc. *αιδης*, quòd infernum significet, ad cujus pœnas gravissimas quasque



quasque jurantes, si fallant, se offerant. A quo haud alienus est intellectus vocis German. Schwur quòd jurantes in se suscipiant onus longè gravissimum, sie nehmen ein schwer Ding auff sich / dum ad Cœli & Terræ, h. e. Creatoris & Creaturarum tribunal augustissimum & tremendum, in omnium & superarum & inferarum rerum velut præsentia constituti, universam naturam contra seipos cient, ac sententiam plarè horrendam pronunciantes, & naturæ beneficiis, ad hanc vitam necessariis, & DEI favore conspectuque omnibus optatissimo privari se volunt, æternis verò cruciatibus & igni inextinguibili se devovent, si scientes fallant: Sie stellen sich gleichsam für gehägte Bänck / fällen selbst ein Urtheil und schreyen Zetter über sich / ex Ebert. d. Hist. Besold d. Thesaur. sub verb. schweren Vox Gefährde ( plerisque etiam contractuum instrumentis inferi solita ) dolum significat. Rittershus. d. loc. Conf. Ioh. Rudinger. Cent. 2. Singul. observ. 45.

§. II.

Rejectis igitur vulgo DD. variis descriptionibus, nobis Iuramentum calumniæ cum Vimm. d. Thes est iuramentum, à litigantibus super causa, bonâ fide suscepta & prosequenda, præstandum. per l. 1. & 2. C. de iurejur. propt. cal. dand. Nov. 49. c. ult. Nov. 124. c. 1. §. 1. Inst. de pœn. tem litig.

§. III.

Dicitur autem indifferenter, vel iusjurandum de calumnia, l. de die 8. §. Iubetur 5. D. Qui satisd. cog. vel propter calumniam, Rubric. C. h. t. vel iuramentum calumniæ Rubr. & tot. tit. X. & in 6. de juram. cal. seu de calumnia, l. 1. in princ. C. h. t. vel Sacramentum calumniæ: l. 2. §. Quòd si actor. 6. eod. §. in quibus 1. 2. F. 33. quorum priori appellatione J. C. ti, at posteriobus Pontifices Rom. & Imp. Justinianus plerumque utuntur. dd. loc. Obrecht. d. c. sum. 14.

De Divisione.

C A P. I I.

Iusjurandum hoc frequentius dividitur in Generale & Speciale:

Genera-



§. I.

Generale est, quod ab initio litis contestatæ de tota causa præstatur & ad omnes sequentes actus dirigitur; *d. l. 1. C. h. t. arg. Nov. 49. c. ult. t. t. X. eod. c. 1. pr. & ferè tot. eod. in 6. Obrecht. d. Tr. c. 2. num. 8.* quod olim duplex & speciale fuit: I. quod *judicii ordinem & processum*, puta litis contestationem, respexit, ita ut semel, vel statim in ipso litis contestatæ termino, vel paulo post, litigantes juraverint, se probabilem litigandi causam habere. *d. l. 2. pr. & §. penult. C. h. t.* II. quod *merita causa* respexit, puta probationes; & tam ante, quàm post litem contestatam, etiam extra judicium, pluries, pro arbitrio & religione judicis, exigi & præstari potuit; *per l. 1. C. h. t. & simil.* quod utrumque juramentum postea Justinianus Imp. confudit & unum generale inde extruxit, *d. Nov. 49. c. ult.* ita ut prædictum pariter processum & causæ merita in se comprehendat, *ut pluribus eleganter prosequitur. Dn. Georg. Franzk. in Comment. ad D. Tit. de jurejur. n. 56. & seqq.*

§. II.

Speciale juramentum calumniæ est, quod in singulis judicii partibus, aliisque causis, tum intra, tum extra judicium, præstatur; *Obrecht. d. c. 2.* quod licet hodie *de jure Civ.* (in judiciis) non exigi, sed sufficere generale dicat *post alios Matth. Berlich, part. 1. concl. præct. 31. num. 3. per d. Nov. 49. c. ult. & Auth. Hoc sacramentum C. h. t.* ne videlicet juramenta iterentur; *ibid.* attamen in causis quibusdam magni præjudicii etiamnum *hoc jure* præter generale præstitum huic speciali locum esse, affirmamus *per Nov. 73. c. 7. in pr. vers. etiam juijurandum & §. 3. vers. & ipse, qui hoc petit. junct. Nov. 99. Leon. verb. qua eum, qui. & vers. & qui ab adversario. Andr. Rauchbar. part. 1. Quest. iur. Civ. & Sax. 11. n. 5. & seqq. ubi hanc sententiam præjudicio J. C. Witebergensium munit; in quam & descendere videtur Dn. Franzk. d. loc. num. 60. Conf. Dn. Benedikt. Carpzov. Iurispr. forens Rom. Sax. part. 1. const. 12. Definit. 20. Bernhard. Grev. lib. 1. concl. præct. Cam. Imp. 87. Confid. 1. num. 6.*

§. III.

Quæ tamen prohibitio juramenti iterandi, *consente Dn. Franzk. d. loc. numer. 61. & Bachov. ad Treutl, vol. 1. Disp. 21. Tb. 4. in fin. procul-*



procul dubio causa fuit, quòd Pontifices postea juramentum illud non calumniæ, sed, docendi ac distinguendi causâ, *Conrad. Rittershus. ad Nov. part. 9. c. 19. num. 5.* malitiæ appellare maluerint *c. 2. §. fin. de juram. cal. in 6.* Sic dictum, quòd iudex suspicetur partes aliquid mali facti conari iniquiente *Glos. ibid. quam cit. Dn. Joh. Sichard. (Antecessor quondam hujus Academiae meritisimus) in C. h. t. pr. num. 8. Germ. End Bosheit zu vermeiden / Rans. Cammerg. Ord. part. 1. Tit. 74. Fürstl. Würtemb. Hoffg. Ord. fol. (nobis) 26. & Landrecht part. 1. Tit. 27.* & in omnibus causis, tam ante, quàm post litem contestatam, etiamsi generaliter de calumnia, aut veritate juratum sit, à iudice, id proficuum arbitrante, quòd cunque exigi potest; *d. c. 2. §. ult. in 6. c. presentium 31. x. de testib.* quod in effectu reverà est juramentum calumniæ speciale, quod olim circa merita causæ frequentabatur, *de quo supra hoc cap. §. 1. Conf. Cujac. ad c. pen. x. de jur. cal. Dn. Henr. Bocer. (Antecessor. quoque hujus Academiae quondam meritisimum) Class 6. disp. 18. Th. 17. pr.* Ab Interpp. autem & Pragmaticis nonnunquam pro juramento malitiæ dici juramentum calumniæ, observandum ait *Grev. d. loc. num. 11. in fin.*

## De causa Efficiente, & Subjecto.

### C A P. III.

#### §. I.

**O** Riginem Juramenti calumniæ non Juri Divino, *Id Grev. lib. 1. obs. pract. 85. num. 1. & seq. Vmm. d. disp. num. 29.* nec, quâ talis, Atheniensibus (secus quàm utrumque J.C. ti quidam magni nominis asserunt) sed Juri Civili *l. inter coheredes 44. §. Qui familia 4. D. Fam. Excisc.* ac potissimum Imp. Justiniano acceptam ferimus, qui id antiquæ calumniæ actioni, per ipsum sublata, surrogavit: *d. l. 2. §. Si enim non lites 8. vers. antiqua C. h. t. Obr. d. Tr. c. 3. num. 5. 7. 12. post plures Vmm. d. loc.* Neque enim res est, nisi per formam suam. *ibid.*

#### §. II.

Præstant hoc juramentum ipsi Principales *d. l. 2. Auth. Principales*  
B



*principales C. h. t. Marant. Spec. aur. Tit. de jur. cal. num. 1. ad litigandum habiles tit. C. Qui legit. pers. stand. Obr. d. Tr. c. 5. numer. 10. (etiamsi quis, eosdem rem ratam habituros, fidejubeat d. l. 2. §. Hoc etiam 5.) ita ut actor primò, deinde reus juret, d. l. 2. pr. & § 4. in fin. & 6. cum seq. C. h. t. Obr. d. c. n. 4. Vimm. d. disp. n. 32. in fin. ortâ nimirum de hoc controversiâ: aliâs judicium non vitiat ex hujusmodi præposteratione: cum iste ordo non sit de substantia judicii; ex aliis not. Sigis. Scacc. de judic. lib. 2. c. 1. Quest. 22. per tot. cui adstipulatur Sichard. ad h. l. 2. num. 8. arg. l. 1. §. fin. de ventr. insp. Quamquam juramentum hoc præstandum soli actori de Jure Sax. (terminis habilibus præsuppositis, de quibus infra cap. 6. sub fin.) incumbere, testetur Berlich. d. concl. 31. n. 24.*

### §. III.

Non minus jusjurandum hoc calumniæ præstant heredes *Auth. Principales ubi Gl. in verb. migraverit. & Sichard. n. 2. C. h. t. fac. l. Qui bona 13. §. sed si ejus 14. D. de damn. inf. licet instantia principalis causæ transeat in ipsos, l. Si eum hominem 33. D. de fidejuss. in eâque defunctus de calumnia jurasset: quia juramentum est personale l. Generaliter 12. pr. C. de reb. cred. & alia potest esse conscientia defuncti, alia heredum, post Gemin. & Franc. inc. 2. h. t. in 6. Ierem. Setser. Tr. de juram. lib. 3. c. 3. numer. 46. quorum respectu juramentum hoc de credulitate tantum, non veritate est. arg. d. l. 2. §. Quod observ. 2. Wesemb. in Parat C. h. t. num. 6. Obr. d. c. 5. num. 9. Ioh. Pet. Ferrariens. in Pract. Form. lib. in act. real. num. 9. Sic & quilibet successor particularis de calumnia jurare tenetur. Setser. d. c. num. 47.*

### §. IV.

Quoad universitates non conveniunt DD. Nos jure Canon. juramentum calumniæ per Syndicum vel oconomum, *c. imperatorum x. h. t. sed jure Civil. per deputatos ex ordine ipsarum, rerum maximè gnaros, præstari putamus d. l. 2. §. Hoc etiam 5. in fin. C. h. t. in animam sc. & suam & cæterorum; quam juris Civ. dispositionem receptiorem esse, maximè in terris Saxonis, tradit Setser. d. c. 3. num. 44. Conf. Wes. in parat. h. t. d. num. 6. modò id mandato (de quo paulo post infra hoc cap. §. 9.) expressè infera*



feratur: aliàs ab ipso Senatu vel Collegio præstabitur hoc juramentum, ut in causa Francsfurt contra Augspurg in Camera Imp. observatum, ex Ruland. de Commis. refert Berlich. part. 1. concl. pract. 30. n. 23.

§. V.

Nec hæretici, Turcæ, vel Judæi, civi Romano litem moventes sive ipsi eandem excipientes, à juramento calumniæ immunes erunt: post Ant. de l. Re de jur. cal. & Wurmser. observ. pract. 6. Tit. 14. de juram. cal lib. 1. Setser. d. cap. 3. n. 59. Codex enim noster Justinianeus etiam apud Turcas receptus, Georg. Schulz in synopsis Inst. Prolegem. Rubr. de jur. post Iustinian. in fin. & Judæi cives Romani censentur. l. judæi. 8. & l. si qua 15. C. de Iud. & cælic. conf. infr. hoc cap. §. 12. & cap. 5. subfin.

§. VI.

Neutiquam verò approbamus Gl. in c. Parvuli. ibique Archid. 22. q. 5. & im Sächs. Landrecht. lib. 2. Art. 1. perjurum quoque & alios, qui ob perfidiam aliàs à jurando arcentur, juramentum tamen calumniæ præstare debere, eò quòd juramentum hoc sit oneris, Archid. d. loc. und daß der Richter ihn nicht schwe- ren lasse/sondern das Recht/und thue in dem nit unrecht/ob Er gleich wußte/daß er unrecht schwüre: Landr. d. loc. Nam R. quòd ju- dex juramentum hisce contra conscientiam deferens, ædificet ad gehennam: c. Literas §. Sanè de restit. spoliat. Quippe, datâ hac profanandi Nominis Divini causâ, perjurii ejusque poenarum fit particeps, arg. Ex. 20. v. 7. & Rom. 1. vers. ult. l. Nihil interest R. D. Ad L. Corn. de sic. & pejor homicidâ, qui nonnisi corpus, hic animam quoque, imò duas, & ejus, quem jurare provocavit, & suam occi- dit, inquitte Augustin. in c. ille qui hominem 22. q. 5. Setser. d. lib. 3. c. 3. num. 83.

§. VII.

Consortes etiam litis de calumnia jurare tenentur, ita quidem, ut quilibet ipsorum juret, quemadmodum ex adverso pluribus litigantibus, petentibus de calumnia jurari, omnibus & singulis id præstandum incumbit. Setser. d. c. 3. n. 79. & seq.



## §. VIII.

Quoad Procuratores distinguitur I. utrum *in rem suam*, an verò *alienam* sint constituti: *Priori modo* meritò jusjurandum hoc præstare tenentur: cum potius Principales esse videantur, alienam causam in proprium emolumentum administrando; *l. 2. in fin D Fam. hercisc. l. Quod si 24. pr. de minor. l. 1. §. in propria 11. cum § seq D. Quand. appel.* nisi eosdem suspectos esse reus objiciat, & dominum ob meliorem rei scientiam jurare petat; quo casu dominus de calumnia jurare tenetur, *arg. l. si actor. 29 D. de procur. & l. in pecuniarius 26. C. eod. Vmm. d. disp. 12. num. 33. Obr. d. Tr. c. 6 num. 11. sc.* quoad causæ merita, quoad processum verò nihilominus quoque hic procurator jurabit, *explicante id Setf. d. c. 3. num. 94. ex Ant. del Red. Tr. Posteriori* autem subdistinguitur inter Jus Civile & Canonicum: Quoad jus Civile iterum inter juramentum calumniæ *judiciale & extrajudiciale*: ita ut procurator in rem alienam, sive simplex, hoc extrajudiciale ex mandato præstare possit, *l. Qui bona 13. §. Si alieno 13. D. de damn. inf.* non verò *judiciale*, quod ab initio litis à solis Principalibus, Lege sic singulariter sanciente, præstandum est: *d. l. 2. §. Sin autem 3. cum seq. C. h. t. Obr. d. c. 6. num. 22. Conf. Grev. d. lib. 1. concl. pr. 83. per tot. consent. Bachov. ad Treutl vol. 1. disp. 21. Th. 4. lit D. vers. Alias quoque.* cum hoc ad judicii ordinem, illud ad rem litigantis privatam pertineat, adeoque non malè de ea ex Principalis mandato Procurator calumniæ juramentum præstet; *ad. text.*

Sed contra jure Canonico non solum Principales, sed & Procuratores ipsorum juramentum hoc *judiciale exactum* subeunt, *c. 3. 4. & 6. de jur. cal. c. 2. §. 1. eod. in 6. Gail. 1. obs 88 n. 1. Conf. Berlich. d. concl. 31. num. 14.* etiamsi principales jurassent, *d. c. 2. §. 1. Scharf. in d. Auth. Principales, num. 3. Vmm. d. loc. n. 33.* vel jurare non sint adstricti. *Obr. d. Tr. c. 10. n. ult. ubi id ad substitutum quoq; extendit, ut nec ipse à juramento hoc præstando immunis sit, licet substituens ante id præstitisset; ex Grev. lib. 1. concl. pract. 88. n. 6. in fin. ubi hanc ampliationem pulchram & notabilem vocat* Litis enim cōtestatione fiunt ejusdē domini *l. 4. §. fin D. de app. l. 22. 23. C. de procur. c. 1. vers. Licet eod. in 6. & plerumq; melius calumniari norunt, quàm partes, ut, nisi coërceantur, causas etiã pessimas defēdere haud erubescant. post Wesemb. in parat. h. t. d n 6. Obr. d. loc n. 25. Vmm. d. loc.*

circ.



*circ. med.* Quanquam in arbitrio iudicis est, utrum à Principali, an verò à procuratore, inspectâ & causæ & personarum qualitate, juramentum hoc præstari debeat: *d. c. 3. de jur. cal. Wesemb. d. loc. in fin.* quod tamen de meritis causæ, non ipso processu, de quo citra calumniam observando procurator nihilominus jurat, intelligimus *c. 2 §. 1. de jur. cal. in 6.* Nec proinde ad nudam partis adversæ petitionem (secus ac Joh. à Sande *Decis. Frisic. lib. 1. tit. 9 def. 3.* statuit) Principalis litigator, qui procuratorem ad hoc constituit, ipsemet juramentum calumniæ præstare tenetur: quod de jure quidem *Civ. eidem largimur, d. l. 2. §. sin autem 3. C. h. t.* non autem *Canonico, d. c. 3.* Id quod in utroque foro hac in materia servari idem testatur *d. tit. def. 1. circ. med.*

Hinc quotidie à Procuratoribus juramentum calumniæ in animas suas & Dominorum (quamvis in horum animas solum in aliis juramentis sufficiat *Gail. d. obs. 88. num. 1.*) præstari videmus: *d. c. 3. X. & c. ult. eod. in 6. utrobique Canonist. Concord. Fürstl. Würtemb. Landr. p. 1. Tit. 26. §. und ob ein Procurator. Gail. d. loc. & obs. seq. 89. num. 1. Obr. d. loc. num. 28. & c. 10. num. 41.* ut nimirum veritas facti ab ipsorum principalium procedat conscientia, *Grev. d. concl. 88. Confid. 1. iidemque quasi præsentis jurasse videantur. Obr. d. c. 10. n. 42.* Id quod in Camera quoq; Imp. per procuratores ibidem juratos regulariter expeditur. *Ord. Cam. part. 1. tit. 20. Tit. 65. etiam ad unicum hunc actum in specie substitutos per Ord. Cam. p. 1. §. Imfall aber. F. tit. 20.* *cujus præjudicium 2. Oct. A. 534. refert Christian. Barth. Sentent. Cam. P. 2. f. (nobis) 288.* Unde & Anno 526. mense Aug. non fuit admissus nuncius Episcopi Bambergensis, pro eodem se ad jurandum offerens, sed pronunciatum: *Sofern sich der Bischoff mit Gewalt und Personen / vermög der Reichs Ordnung / geschickt machen würde ic. Auth. Decis seu præjud. Cam. verb. juram. cal. circ. fin. ibidemque extraneo cuidam procuratori, illuc ablegato, juramentum malitiæ & calumniæ, prout Ordinationis, 17. Februar. Anno 538. decretum refert Barth. d. Tr. p. 2. fol. (nobis) 581. lit. F.* Quin tamen & partes ipsæ ibidem jusjurandum de calumnia, pro lubitu, præstent, nil prohibet, juxta *Decretum 21. Oct. Anno 537. Barth. Sent. Cam.*





p. 2 fol. 218. Fürstl. Würtemb. Landr. d. Tit. 26. §. Ehe aber. junct. Hoffger. Ord. fol. (nobis) 23. circ. med. Quod secus est de Jure Sax. quo juramentum hoc calumniæ (in casibus admittis, de quibus *infr. cap. 6. sub fin.*) non procuratores, sed ipsimet principales præstant. *per text. expr. in der Ehr. Fürstl. Hoffg. Ord. Tit. wann ein aufgelegter Eyd geleistet werden soll. sub fin.* ut pluribus prosequitur Berlich. d. concl. 31. num. 19. qui id *n. seq.* etiam in personis egregiis & Illustribus, utpote Ducibus, Comitibus, Baronibus &c. obtinere post, *alios ibid. citat.* existimat. Accedit Setf. d. c. 3. num. 45. ubi id etiam ad virgines & viduas extendit. *Conf. eund. c. 5. n. 10.*

## §. IX.

Procurator autem, ut de calumnia in animam Principalis jurare possit, mandatum (ut in quovis alio juramento pro aliis præstando *Myns cent. 4. obs. 99. sub fin.*) speciale habeat, necesse est. *per text. express. in c. fin. de jur. cal. in 6. Gail. 1. obs. 83. num. 2. Grev. lib. 1. concl. pract. 83. num. 1. & seqq. post plures.* Ex generali enim mandato de jurando, si procurator in causa injusta juramentum hoc præstet, dominus non obligatur, nec consequenter perjurium incidit, sed pro non jurato habetur: cum generalitas isthæc non ad delictum, sed ad justas saltem causas restringatur, *per l. Si procurator 6. D. de cond. indeb. Gail. d. obs. 83. num. 2. ubi ex Castr. ad d. l. 2. §. si autem 3. n. 2. C. h. r.* Id perpetuò menti tenendum, quia per hoc multi processus infringi possent, *tradit.* Quale mandatum in originali exhibendum: uti pronunciatum in Camera Imp. in causa (purgationis) *der Statt D. wider E. und T. Gebrüder von D. und consorten 22. Oct. Anno 538. Barth. Sent. Cam. p. 2. fol. (nobis) 644. refert.*

## §. X.

Et quamvis *juxta DD. nonnullos* de jure videatur defendi posse, etiam nomen causæ, super qua jurandum, in mandato hoc Procuratorio exprimi debere; *per super. Conf. text. in l. Si quis mihi bona 25. §. sed utrum 5. D. de acquir. hered. & ut eò sapius Procuratores admoneantur hujus juramenti; Setf. d. c. 3. num. 87.* attamen id minùs necessarium esse, de communi observantia & Judi-



& **Judicii Cameralis** testatur *Gail. d. loc. num. 3. post plur. Berlich. d. concl. 31. num. 18.* & post multas altercationes observatum in causa **Riesen contra Hartenberg.** *Ruland. de Commissar. & Commiss part. 1. lib. 2. c. 14. num. 8. Setf. d. loc. post plur. Grev. d. concl. pr. 83. num. 7.* Admittuntur enim generalia mandata (quæ cum signatura vocant) quorum virtute, si expressè in iisdem juramenti calumniæ fiat mentio (ut in Camera Imp. typis excuduntur) hujusmodi juramentum in omnibus tum præsentibus, tum futuris causis per Procuratorem & agendo & excipiendo præstari potest. *Gail. d. loc. n. 4. ubi id in praxi diligenter observandum ait.*

## §. XI.

Nec proinde generale mandatum cum libera (secus ac gravissimis nonnullis DD. placet) hæc sufficiet: *per super. Fernand. Vasq. lib. 5. Illustr. Quæst. c. 25. num. 17. & 19.* quam sententiam animæ constituentis esse salubriorem, præmeditatè sc. potestatem jurandi in animam suam dantis, aserit *Grev. d. concl. 83. num. 4. in fin.*

## §. XII.

Pro **Judæo** tamen Procurator Christianus in Camera Imp. ad jurandum non admittitur, sed **Judæus** vel ipse, vel per alium **Judæum**, speciale mandatum habentem, juramentum calumniæ singulare (de quo *infr. cap. 5. in fin.*) præstare tenetur, notante *Wurmser. lib. 1. Tit. 5. obs. 4. Nic. Vigel. Method. Jur. Controv. lib. 2. cap. 8. Reg. 15. in fin.* uti pronunciatum ibidem in causa **Bürgersmeister und Raths der Stadt D. (Appellanten) wider J. Juden zu R. (Appellaten)** 17. Aug. Anno 551. *Barth. Sent. Cam. P. 3. fol. (nobis) 298. lit. A. refert.*

## §. XIII.

Procurator autem ex officio datus haud congruè in animam Domini, deficiente ipsius mandato, sed potius in suam jurabit, de solo nimirum processu (quod nonnullis DD. displicet) citra calumniam pertexendo, ut singulariter statuit *Grev. d. lib. 1. concl. 88. consid. 1. n. 2. & seqq. Conf. Gail. d. lib. 1. obs. 88. n. 9. & 10.*  
ubi



ubi formulam quandam pro cautela tradit, ut nempe hujusmodi Procurator ex superfluo remissionem hujus juramenti quoad causæ merita à judice petat.

## §. XIV.

Procuratorem Fisci quoque de Jure (secus ac nonnulli statuunt) haud immunem esse à præstatione juramenti calumniæ, *arg. c. 3. 4. 6. de jur. cal. junct. c. 2. §. 1. eod. in 6. fac. l. un. ubi Luc. de Penn. C. de conduct. & procur. lib. 11.* quamvis secus sit de consuetudine, tradunt DD. quos longâ serie recenset *Grev. d. lib. 1. concl. pr. 80. Conf. Obr. d. c. num. 31. & seqq. Vmm. d. disp. 12. Th. 33. post med. Steph. Gratian. Disceptat. forens. cap. 208. num. 27.* ut in specie de Fiscali Camera Imp. contra die *Plessen* inibi judicatum refert. *Myns cent. obs. 74.* ut & in causa Fiscalis contra *Brandenburg* 20. Jan. Anni 552. *Gylman. Symphor. Supplic. Tom. 2. p. 1. vot. 5. n. 48. in fin. Auth. Decis. Cam. verb. Juram. cal. circ. med. Cæsaris enim & Imperii gravissimo judicio ejusmodi Procurator Fisco præpositus esse creditur, qui sit extra suspicionem calumniæ, Obr. d. loc. n. 32. & quicquid facit, ex consilio & Dominorum Deputatorum agere cogitur, inquitente Thilm. de Benign. obs. Cam. Imp. Pentec. 4. obs. 47. num. 2. in fin. Conf. Ruland. de commiss. p. 1. lib. 2. c. 14. num. 10* ubi id observatum ait in causa Fiscalis contra *Sachsen & Salsfeld*, ut & in causa *Holstein & Hamburg* / *cujus & Gylman. d. vot. numer. 53. se meminisse refert.* In aliis autem inferiorum Principum Procuratoribus Fisci, ut & ipsi debeant esse exempti, negat *ex Ant. del Re de jur. cal. Grev. d. concl. numer. 6.* qui etiam prædicta de Fiscali Camer. limitat, si Princeps, cujus nomine agit, esset injustus seu injustitiam administrare solitus, vel id genus alia contra Fiscalem militaret præsumtio: *ibid. n. 8.* quo sensu admittimus tertiam ejusdem declarationem, ipsum nempe (Fiscalem exemptum) nihilominus de processu citra calumniam observando jurare debere: quod & in causa quadam ipsi decretum 27. Febr. Anno 540. referente *Barth. Sent. Cam. p. 2. fol. (nobis) 793. lit. F.*

## §. XV. |

Cæterum nec Iudices (ut quidam malè opinantur) nec  
Advo-



Advocati (secusquam comm. Interpp. & Pragmatici statuunt, ex sinistro intellectu *d. l. 2. pr. & §. Sed quia 4. in fin. C. h. t.*) iuramentum calumniae, sive jure Civ. sive Can, praestare tenentur: cum singulare utrisque jusjurandum sit in *l. Rem non novam 14. pr. & §. 1. C. de jud. Concord. Fürstl. Würtemb. Hoffg. Ord. pag. (nobis) 19. & 22. ut & Landr. p. 1. sub Tit. 2. & 17. in fin. Obr. d. c. n. 37. & seqq. cui adstipulari videtur Uam. d. disput. 12. n. 31. & 33. in fin.* ubi hanc controversiam hodie inutilem videri dicit, ex quo non solum in Judicio Camerae Imp. sed & passim *Obr. d. c. n. 43.* Advocati, cum designantur, in universum semel jurant, se in omnibus & singulis causis nihil praeter bonum & aequum quaesituros, *juxta form. Ord. Cam. p. 1. Tit. 62. & 64. Fürstl. Würtemb. Hoffg. Ord. d. fol. 22. & Landr. d. Tit. 17. in fin.* Id quod regulariter in Ordinariis (sic dictis) *cum Vmm. d. loc.* concesserimus, consultius putantes, ut caeteri, qui extra numerum, nondum cognita ipsorum nec data fide Curiae, *juxta d. l. 14. §. 1. C. de jud. & d. l. 2. C. h. t.* in singulas causas jurent; qua in re tamen cujusque regionis circumspectae observantiae pro diversitate personarum nos submittimus: ut enim improbis jusjurandum, etiam saepius repetitum, nunquam, sic bonis viris vel semel praestitum semper obversatur animo, qui praenimia devotione *l. Quae sub conditione 8. pr. D. de condit. instit.* foro potius cederent, quam ut crebrae juramenti praestatione se implicari paterentur; *per trad. Obr. d. c. 6. in fin.* quemadmodum nonnullos, hinc foro plane abstinentes, se vidisse, testatur *Wesemb. in Parat. hinc num. 6. sub fin.* quam & optimam rationem desuetudinis illius esse, inquit *Berlich. d. concl. 31. num. 22. à quo novissime dissentit Dn. David Mey. ad Ius Lubecens. lib. 4. Tit. 2. art. 5. n. 9. & seqq.* ubi id pravam consuetudine Advocatis & Procuratoribus, ut ut juratis, remitti, ex aliis refert.

§. XVI.

Nec conjuncta persona pro conjuncta (quod multi impugnant) sine speciali mandato iuramentum hoc calumniae praestabit: Expediti enim juris est, personas hasce pro se invicem, etiam praestita cautione rati, non admitti in illis casibus, qui speciale mandatum requirunt. *arg. l. 2. ut leg. nom. cav. Gl. & DD. ad l. Exigendi 12. C. de procur. l. Patri pro filio 27. pr. ibique DD. comm. de minor. Peck.*

C

Tr. de



Tr. de jur. sist. c. 3. num. 4. & 10. post plur. Setser. d. c. 3. n. 99. & seqq.  
 Quod ad maritum quoque, nomine uxorio agentem, extenditur: ut  
 am Fürstl. Würtemb. Hoffgericht 21. Aug. Anno 1621.  
 judicatum refert Ioh. Iac. Frisch in diss. inaugural. de Nullitat. (ha-  
 bit. hic Tubinga Anno 30.) Thes. 185.

## §. XVII.

Tutor quoque, curator, (etiam ad litem datus) & id genus  
 alii legitimi administratores, ut hospitalarij actores (qui non  
 nunquam, loco illorum creantur) Pralati Ecclesiarum, patres in bonis  
 adventitijs filiorum, Sichard. ad l. 2. §. Quod observari 2. C. h. t. de ca-  
 lumnia jurare tenentur; d. §. junct. Auth. Principales in fin. ibid. Spe-  
 calat. Tit. de jur. cal. §. 3. pr. Obr. d. c. 6. n. 1. 8. & 13. Pupillus tamen,  
 doli capax, Setser. d. c. 3. n. 36. & minor, rerum magis gnari, ipsi jura-  
 mentum hoc præstabunt, præsentente tutore aut curatore, secundum  
 Gl. in d. §. Quod observari. verb. scire possunt. ubi Cyn. & Bart. &  
 quando per se legitimam personam standi in judicio habent: ut in  
 spiritualibus, ubi minor 14. annorum pro majori habetur; per text.  
 in c. fin. ibiq; DD. De jud. in 6. Gail. 2. Obs. 108. n. 9. quò respicit Setser.  
 d. c. n. 35. Cæteròquin si extra hos casus pupillus, minor, vel etiam  
 prodigus, exactum hoc jusjurandum præstitisset, id valere arbitra-  
 mur: cum is, qui exegerit, jurantis personam & fide contentus esse  
 censetur, arg. l. Qui jurasse. 26. D. de jurejur. & sibi imputet,  
 qui minus idoneo jusjurandum detulit. l. Si servus 23. eod. Obr.  
 d. Tr. c. 7. num. 13. & seqq. Nec Tutor duorum pupillorum,  
 inter se litigantium, pro utroq; de calumnia jurabit, sed pro alterutro  
 tantum, & pro altero actorem eliget, qui id pariter præstare tenetur.  
 Specul. d. Tit. de jur. cal. §. 2. n. 6. & ex Ant. del. Red. Tr. Setser. d.  
 c. 3. n. 117.

## §. XVIII.

Quemadmodum verò & qui Dominum nominat in ju-  
 dicio, juramentum calumniæ præstat: juxta Socin in c. in pertractan-  
 dis de jur. cal. & in c. Quoniam frequenter §. Quod si super n. 120. ut  
 lit. non contest. (quod tamen de speciali seu malitiæ intelligendum)  
 Sic nominatus non minus de calumnia jurabit, sc. generaliter, nec in  
 tali judicio, moto contra nominantem, sed in alio, movendo contra  
 nomi-



nominationem per novum libellum, & post litis contestationem. *Id. in d. c. Quoniam frequenter n. 129. vers. Nonno quaro. Setf. d. c. 3. n. 62. & seqq.*

§. XIX.

Cæterum, utut regulariter neuter litigantium à juramento hoc immunis est, cujuscunq; sit dignitatis, per *d. l. 2. §. Sin autem vel dignitas 1. C. h. t. Wesemb. in Parat. eod. d. n. 6. ut in Ducibus, Comitibus, Baronibus & c. de Jure Saxonico, secundum alias obtinere putat Berlich. d. concl. 31. n. 20. IMPERATOREM tamen, REGES & PRINCIPES, Regali dignitate præfulgentes, Schrader. Defend. part. 10. Sect. 3. n. 77. Grev. d. concl. pract. 88. Consid. 1. circ. fin. & concl. 90. pr. inprimis & Pontificem Rom. ipsiusq; Cardinales, Setf. d. c. 3. n. 112. & seqq. Communis DD. schola excipit, idq; receptum putans ob summam dignitatem, & quod in genere quoq; personæ qualitas præsumtionem calumniæ excludat, post alios Setf. d. c. 3. n. 110. Quod de persona ipsorum (quomodo nec aliàs regulariter Illustres judicium suscipiunt. *l. 25. cum Auth. seq. C. de procur.*) non autem in procuratore, præterquam in animam eorundem, obcessantem in eo dictæ dignitatis respectum, & quod hic quoad processum nihilominus calumniari posset, intelligendum videtur: uti in *Camera Imp. 5. Jul. Ao. 497. jusjurandum hoc (speciale) procuratori Regis Roman. petente secundam dilationem, decretum esse refert Barth. sent. Cam. p. 1. fol. (nobis) 62. lit. G. Inferiores autem Principes, & cæteros, sive status, sive immediatos, in Camera Imperiali, etiam per suos Rhetores, nedum procuratores Camerales, juramentum hoc præstare, satis indicat Ord. Cam. p. 1. Tit. 25. Quemadmodum & Comiti R. von R. vel in persona sua, vel per procuratorem præstandum Camera Imper. injunxit 21. Oct. Ao. 533. Barth sent. Cam. P. 2. f. (nobis) 218. pr.**

§. XX.

Episcoporum & Clericorum varia hac in re fuit conditio: primum enim de calumnia jurare non cogebantur, *l. cum clericis, 25. C. de Ep. & cler. c. 1. ibiq; Cujac. X. de jur. Cal.* sed si volebant, non nisi consulto Rom. Pontifice & Prælato ipsorum; *eod.*

C

circ.



*circ. fin.* quo postea desuetudine sublato, ex *Ant. del. Re. d. Tr. Setf. d. c. 3. n. 114.* invaluit, ut à personis Ecclesiasticis, non minus ac laicis, juramentum hoc exigi possit *c. 5. & ult. X. h. t.* data tamen ipsis facultate, id etiam per alios præstandi: *c. 3. & d. c. ult. ibid.* nec immeritò: si enim bonam causam foveant, citra ullum incommodum juramentum hoc subire possunt; si sciunt, contra conscientiam se aliis iniquum obtrudere iudicium, jure malitiis obviamitur, *inquirente Umm. d. Disp. 12. n. 34.*

## §. XXI.

Parentibus quoq; & Patronis jusjurandum calumniæ remitti disertè evincunt. *l. de die 8. §. jubetur 5. D. Qui satisd. cog. l. si patronus 16. D. de jurejur. l. licet 7. §. 3. D. de Obseq. a lib. & l. Qui bona 13. §. sed si ejus nomine 14. D. de damn. infect.* Idq; ob honorem & reverentiam ipsis debitam, cum nulla in his calumniæ sit præsumptio, *l. 2. l. Parens 7. §. 4. & seq. d. Tit. de Obs. à lib. non obstante l. Jusjurandum 34. §. Qui jusjurandum 4. D. de jurejur.* Quam editionis Florentinæ lectionem in vocula neque, manifesti mendii redarguunt DD. quamplurimi, substituentes particulam æque, utpote d. rationi & dd. aliis ejusd. Ulpiani li. magis consentaneam, quam probant libri Norici, & vetus quidem editio de Anno 529, nec minus Basilica. *Cujac. 9. Obs. c. 37. circ. med. Setf. d. loc. Dn. Carpzov. Jurispr. for. p. 1. C. 12. Def. 24. (ubi Dnn. Lipsenses, ita respondisse restantur) Berlich: d. concl. 31. n. 19. & in duobus libris manuscriptis se invenisse, dicit Obr. d. c. n. 20. imò & Baldum sic olim legisse, & retinendum, donec de meliori edoceamur, tradit Umm. d. disp. 12. n. 35. (ubi tamen aliter hunc textum corrigere intendit) confer. Bachov. ad Treutl. V. 1. Disp. 21. Th. 4. lit. C.*

## §. XXII.

Ob cesstantem verò superiorem rationem non vice versa (se-  
cuis ac vulgo DD. sentiunt) filiis & libertis juramentum hoc  
remitti, verius est. *Ias. ad d. l. 34. §. 4. D. de jurejur. Hug. Don in com-  
ment. Jur. Civ. lib. 24 c. 21. fol. (nobis) 1319. b. & seq. ubi id pluribus  
prosequitur, quod succisè refert Umm. d. loc. circ. fin.*

## §. XXIII.



§. XXIII.

Nec proprios (ut vocant) homines a dominis suis juramentum hoc exigere posse, tradit Dn. Joh. Harprecht. (*Antecessor quondam hujus Academiae meritisimus*) de procesf. judic. Disp. 3. Th. 50. Reig. de proc. jud. d. Disp. 5. Th. 8. in fin.

De Objecto.

CAP. IV.

§. I.

Objectum juramenti calumniæ in genere regulariter sunt omnes causæ, quæ in judicium deducuntur, d. l. 1. & 2. & d. No. 49. c. ult. Iac. Menoch. De arbitrar. jud. quæst. 20. n. 3. sive sint magnæ, sive parvæ, arg. d. l. 14. §. 1. C. de judic. sive ordinariæ, sive extraordinariæ, Sets. c. 4 n. 3. ex Bart & Panorm. (quæ recensentur, in ord. Cam. p. 3. Tit. 3. Petr. Denais jur. Cam. verb. caus. extraord. quamvis maximam partem juramento calumniæ speciali seu malitiæ subjaceant) sive delegatæ, arg. ejusd. §. 1. sive compromissariæ, d. l. 2 §. sed quia voremur. 4. C. h. t. & arg. d. l. 14. §. 1.

§. II.

Hinc Juramentum hoc præstatur etiam in causa appellationis, c. 2. pr. d. jur. cal. in 6. Berlich. d. concl. 31. n. 26. Marant. Spec. aur. Tit. de jur. cal. n. 9. Auth. Decis. Cam. Rubr. juram. cal. sub. pr. licet in prima instantia juramentum hoc præstitum sit, per text. expr. in d. c. 2. Ord. Cam. P. 3. Tit. 32. §. pen. ut contra veteres glosographos Placent. & Azon. cum Johanne rectè statuere Sichardum in Auth. Sacramentum. num. 5. C. h. t. & Obr. d. Tract. 6. 7. n. 11. & seqq. notat Vmm. d. disp. 12. n. 42.

§. III.

Idem juramentum & præstari in judicio Revisorio constat ex Recesf. deput. Anno 1600. §. und obwol hiebey Grev. lib. 1. obs. pract. 84 num. 7. Vmm. d. loc. quod præstatur quoq; in actione utili, post plur. Bartholom. Bertazol. de clausul. instrument. 29. Gl. 4. n. 4. sub med. ubi Aretin & Placent. dissentientes citat. vel si in genere actio mutetur, ut exemplo declarat Sichard. ad Auth. Hoc Sacramentum n. 6. C. h. t.

C 3

§. IV.



## §. IV.

Nec non in causis spiritualibus hodie, *juxta Bonifac. VIII. in c. 1. §. ult. de jur. Cal. in 6.* ob calumniam clericorum in hisce frequentem, *ibid.* quod fecus olim fuit *c. 2. x. eod. Bachov. d. Th. lit. B.*

## §. V.

Quoad causas Feudales interest, utrū lis sit inter Dominū & vasallum, an inter partes curiæ: priori casu, juramentum calumniæ invicē exigī nequit, *2. Feud. 33. §. in quib. 1. ibiq. Accurs. & DD. Comm. Bocer. Class. 6. disp. 18. th. 19. in fin. Berlich d. concl. 31. n. 12. Grev. d. cōcl. Pract. 84. n. 12. & lib. 2. concl. 156. per tot. post plures.* (antamen hoc in *Canier. Imp.* observetur, valde dubitat *Ruland, de Commisf. P. 1. lib. 2. c. 15 n. 12.* quamvis id ratione Domini *Sichardum ibidem* obtinuisse, ex eod. referat *Harpr. de process. Judic. d. Disp. 3. Th. 50.*) etiamsi Vasallus juramentum fidelitatis (quod nonnullis *DD. displicet*) non præstitisset: *Herm. Vult. 2. feud. 3. n. 6* (sicuti dantur feuda multa de quibus juramentum hoc non præstat, *per text. in §. 1. 2. F. 24.*) Lege enim non distinguente, *d. §. In quibus.* nec nobis distinguere licet: *per vulg. l. 8. d. publ. in rem.* Nec tam juramentum calumniæ Vasallo remittitur, quod qui semel juravit, amplius jurare non teneatur, quam propter honorem & arctissimum vinculum, quo invicem obstricti sunt Dominus & Vasallus, ut opinatur *Vmm. d. Disp. 12. Th. 36.* vel ob æqualitatem inter eosdem hoc casu specialem, ut nimirum alter ab altero juramentum hoc exigere non possit: *d. §. in quibus. & per cum Setf. d. Tr. 2. de juram. c. 4. n. 42. circ. med. Vult. d. loc.* eò quod inter has personas nulla suspicio sinistra, nulla fraus, vel, *ut loquitur Feudista,* nullum malum ingenium intervenire debeat: *Rittershus. d. loc. n. 10. in fin.* (Id quod videri ex natura feudi esse, dicit *Moz. de Natur. feud. n. 129. atq. ad aliam (non feudalem) quamcunq. causam extendit Wurms. lib. 1. tit. 15. obs. pr. 7. circ. fin.*) Quanquam contrarium, nempe quod Vasallus injuratus juramentum calumniæ præstare teneatur, usu receptum ex *Borcholt. de feud.* refert *Vmm. d. Disp. n. 36.* Posteriori casu non una *DD.* opinio est: Nos cum jure feudali dispositioni juris communis, quæ omnes regulariter jusjurandum hoc præstare tenentur, nil quicquam derogatum esse cernamus, Affirmantium calculo subscribendum arbitramur. *cum vult. d. c. n. 8. Setf. d. loc. in fin. Vmm. d. disp. num. 37.*

§. 6. Quoad



## §. VI.

Quoad causas quoque Criminales Affirmativam cum Jo-  
hanne, Bulgaro, Hugolino & Azone &c. contra Martin. ipsiusque  
asseclas amplectimur, quam communem esse stylum dicit Bart.  
in l. 1. num. 5. & seq. C. h. t. Berlich. d. concl. 31. num. 27. & non so-  
lum ab actore §. si quis autem. 5. F. 10. Steph. Gratian. Discept. forens.  
c. 208. num. 26. ubi de communi observantia ex aliis testatur,  
sed & regulariter à reo. c. 1. verb. omnes principales sub princ. & verb.  
criminali sub fin. x. h. t. juramentum hoc præstandum existimat Umm-  
d. disp. num. 44. id quod Arnold. de Reig. in process. Iudic. disp. 5.  
Th. 10. lit. C. verum putat, si de crimine civiliter agatur l. un. C.  
quand. civil. act. crim. præjud. c. ult. de jurejur. uti in Camera  
Imp. in causa fractæ pacis E. und E. der I. wider E. von  
D. decretum 2. Jun. Anno 543. refert. Barth. Sent. Cam. p. 2.  
fol. (nobis) 1108. & in causa injuriarum. 8. Februar. Anno 553.  
Idem p. 3. fol. 422. lit. E.

## §. VII.

Nec causæ matrimoniales juramentum hoc respuunt, Setf. d.  
c. 4. num. 13. Berlich. d. concl. n. 7. ubi ita in consistoriis Sax.  
Observari, ex Ioach. Beust. ad tit. de jurejur. tradit, generale tantum in-  
telligens, ibid. num. 5. non speciale; ibid. num. 30. quanquam Gre-  
væus lib. 1. concl. præd. 87. num. 9. an hoc animæ tutum, affirmare  
non audeat; unde & hodie ob periculum perjurii in consistoriis istis  
(nisi causæ gravitas requirat, ut uni ex litigantibus juramentum hoc  
arbitrante iudice imponatur) partes seorsim, ut loco juramenti,  
vulgò an Eydesstat/ veritatem dicant, sedulo admoneantur, annexa  
comminatione, si aliter compertum fuerit negotium, quàm narra-  
tum ab ipsis, carcere vel alia pœna arbitraria se affectum iri. ex  
Beust. de sponsal. Setf. d. loc.

## §. VIII.

Et quamvis in Summariis de simplici & plano, sine strepitu  
& figura iudicii, procedatur, hæc tamen clausula, etiam in Rescripto  
Principis adjecta, juramentum hoc calumniæ non excludit. Clem.  
Sape. de V. S. Vant. de null. sent. ex defect. process. num. 29. Alber. in d.  
l. 2. num. 3. C. h. t. Inquiens, quòd, quamvis in summariis  
non sit necessaria litis contestatio, nihilominus sit ju-  
randum



jurandum de calumnia, post narrationem Actoris, & respon-  
sionem Rei, quæ æquipollent contestationi.  
*Conf. Dominic. Card. Tusch. lit. 1. concl. pract. 553. num. 12. Arimin.  
Tepat. in compend. Decis. Tit. 233. cap. 5. in fin.*

## §. IX.

Præstatur & jusjurandum hoc, quando agitur vigore  
Instrumenti, per text. express. in d. l. 1. C. h. t. etiamsi petatur  
executio guaranteegiati ex forma statuti, sola productione ejus-  
dem, non ordinariè porrecto libello, aut lite contestata, parsque  
adversa huc citata contradicat. *Bald. in d. l. 1. num. 3. C. h. t. ubi hoc  
menti tenendum dicit. Setf. d. c. 4. n. 21.*

## §. X.

In notoriis autem (secus quàm nonnulli opinantur) cum  
à calumnia excusent, non jurandum de ea censemus. *Scacc. de iud.  
lib. 2. c. 1. q. 20. num. 215. Arim. Tepat. d. tit. 233. c. 2. sub fin. Ruland.  
de commiss. p. 4. lib. 6. c. 10. memb. 4. n. 32. Obr. d. Tr. c. 8. n. 24.*

Quemadmodum nec in causa litigiosæ possessionis, ob  
sumum moræ periculum, *Gail. 1. observ. 6. num. 3. Obr. d. loc. aut  
quæstionibus sive allegationibus juris, quod per se certum.  
Tepat. d. loc. Vmm. d. disp. 12. n. 42. sub fin. ubi Sichard. dissent. citat.*

## §. XI.

Nec in causa incidenti, cohærenti cum principali,  
præstito super hac juramento calumniæ, amplius de eadem  
jurandum statuit *Obr. d. c. 8. num. 8. Vmm. d. loc. à quo dissentit  
Setf. d. c. 4. num. 34. cui adstipulamur, si calumniæ quædam suspi-  
cio oboriatur; quo casu juramentum hujusmodi speciale, hodie  
malitiæ dictum, semper à judice exigere potest, d. c. 2. §. ult. ibi:  
quoties viderit expedire. De juram. cal. in 6. Bachov. ad Tr. d. V.  
1. disp. 21. Th. 3. lit. C. in fin. princ. Grez. d. concl. 87. n. 7. conf. supra.  
cap. 2. §. 3.*

## §. XII.

Sic etiam jure civili, licet huic nomen malitiæ incogni-  
tum sit, & juramentum calumniæ (speciale) simpliciter dicatur,  
*supra d. c. 2. de eadem jurat, qui jus jurandum judiciale. Dn.  
Carpz. Jurispr. forens. p. 1. const. 12. def. 25. per tot. & Setf. d. c. 3.  
num.*



n. 67. & seq. Berlieb. d. concl. 31. num. 31. defert adversario, l. Ius-  
jurandum 34. §. Qui iusjurandum 4. l. Si non 37. D. de iurejur. C.  
de fideicomm. l. Marcellus 11. §. 1. Rer. amor. quod eleganter ex-  
primit Imp. Leo Nov. 99. etiam de jure Sax. not. Dn. Carpzov.  
Respons. 54. num. 7. lib. 3. Tit. 6. ut maximè ab initio generaliter de  
calumnia jurasset, veluti Wittebergens. respondisse ex Rauch-  
bar. annotat Ummius d. disp. 12. num. 47. sub fin. qualis deferens, si  
decalumnia jurare nolit, vel ad hoc citatus non compareat, Dn.  
Carpz. I. F. p. 1. const. 12. def. 28. aut si in præstando hoc juramento  
calumniæ moram nectat, atque is, cui delatum fuit, paratus quidem  
jurare, sed morte præreptus fuerit, juramentum illud principale  
pro præstito habebitur, nec proinde ab heredibus denuo exigi, sed  
iisdem adjudicatio fieri debet: cum per eum non steterit, quò  
minus id præstaretur, per l. Statuliberos 3. §. Si quis heredi 11. D. de  
statulib. cum siml. Carpz. d. def. in fin. & aliàs mors vim juramenti  
habeat; post alios Setf. d. loc. confer. Berlieb. d. concl. 31. numer. 25.  
ita in Camera Imp. decisum in causa Dionysii contra J. von  
Buchel 21. Martii, Anno 549. testatur Auth. decis. cam. d. verb.  
Iur. cal. in fin.

Cæterùm hoc casu Formula exigendi juramentum ca-  
lumniæ ab actore plerumque talis est: (Præmiss præmittend.) Nach  
dem Kläger die Beweisung fleucht und Beklagtem sein Gewissen be-  
rühret/so fordert er von Klägern den Eyd für Gefährde: Nämlich daß  
er ihm sein Gewissen gefährlicher Weise nicht gerühret/ist auch erble-  
tig/ (modo ne probationibus uti malit per text. expr. in c. 2. ibiq<sup>3</sup>  
Myns. n. 9. x de probat. junct. l. 3. C. de reb. cred. Beust. ad l. Admonen-  
di n. 61. D. de iurejur. Wes. in π. eod. num. 9.) den von ihm begehrten  
Eyd würcklich abzulegen/ &c.

Formula autem offerendi se ad præstandum hoc jura-  
mentum ita plerumque concipi solet: (P. P.) Auff außgebrachte  
Vorladung erscheinet Kläger/ des schuldigen anerbierens / jüngst ge-  
sprochener Urtheil/ die Eyns- Leistung für Gefährde belangend/ gebühr-  
liche folg zuthun/ auch darauff von Beklagten den deferirten Eyd an-  
zunehmen/ &c.

Excipitur juramentum necessarium, utpote Suppletor. &  
D purgatio-



*purgationis*: In omni enim legali juramento exactio jurisjurandi calumniæ nunquam sibi vendicat locum, *eleganter post plures Dn. Carpz. d. const. 12. def. 27. num. 4. & def. preced. 25. num. 2. Idem Resp. 87. num. 20. lib. 3. Tit. 8 concord. ordinat. process. Iud. Elect. Sax. Tit. 18. §. Es hat aber dieser Eyd. vers. Wann aber einem auß sonderlicher Verordnung der Rechten oder sonsten auß Richterlichem Ampt ein Eyd auferleget würde / hat er den Eyd für Gefährde zusordern nicht fug: nec quoad partem adversam, quia hæc id non defert; Setf d. c. 3. num. 68. nec quoad judicem, quia hic calumniari non præsumitur; l. 3. §. 1. D. quod met. caus. l. vir bonus 18. D. Iud. solv. cum simil. nec ulla suspicio in Leges, quæ sanctæ sunt, eadere possit l. sacra 9 §. propriè 3. D. de rer. divis. Dn. Carpz. d. def. 25. num. 3. confer. Berlich. d. concl. 31. num. 31. ubi ex Rauchbar. imperitos Advocatos in his & similibus juramentis hoc calumniæ juramentum exigere solere, casumque in §. Et quia. 12. vers. cum prius ipse. Inst. de fideicommiss. hered. exceptum, refert.*

Nec minus de calumnia jurat, qui post publicatas testium depositiones in eorum personas quid objicere voluerit. *d. c. presentium 31. X. de testib. Spec. Tit. d. juram. cal. §. 1. num. 6. cum seq.* quando nempe antea non fuit protestatus, quod suo loco & tempore excipere vellet; quæ tamen solennitas in Camera Imperiali non attenditur: *Gail. 1. obs. 87. numer. 5. cum in Consistorio Principis de subtilitatibus & apicibus juris non curetur. ibidem n. 6. Setf. d. tr. c. 6. in fin.* Sic jurat de calumnia, qui ultra tertiam productionem testiū denuo testes producere cupit, *c. in causis. 15. & cap. pen. X. eod. Nov. 90. c. 4. & auth. At qui semel. C. de probat.* qui dilationem quartam desiderat, *arg. textuū proximè citatorum. concordat. Fürstl. Würtemb. Landr. p. 1. tit. 42. §. die solennität. Gail. 1. obs. 91. num. 5. Ruland de commiss. p. 1. lib. 2. c. 8. numer. 15. Denais. Iur. Camer. verb. dilation. probator. §. 9. id quod præjudicio Cameræ Imper. 19. Octobr. 524. illustrat. Barth. Sent. Cam. p. 1. fol. (nobis) 72; lit. D. (exceptis heredibus, utpote quibus nulla mora imputari potest, Gail. d. obs. n. 18. Ruland. d. c. n. 17.)*

Sic



Sic jurat, qui Instrumentum exhiberi petit, quod semel probatum falsi arguit, *l. 21. C. de fid. instrum. post Sichard. ad l. 20. eod. Dn. Carpz. p. 1. const. 12. def. 20. num. 6. & Bach. ad Treutl. d. disp. 21. Th. 3. lit. C. sub fin. princ.* nec Notarium, parte non jurante de calumnia, ad exhibendum teneri tradit Anth. Tassara *compend. in notarior. error. c. 71. n. 1.* Sic jurat quoque, qui comparationem literarum efflagitat, *d. l. 20. C. de fid. instr. Nov. 73. c. 7. Sichard. & Carpzov. dd. loc.* qui argentarias rationes sibi edi postulat, *l. Si quis 6. §. Exigitur. 2. & l. quaedam. 9. §. pen. D. de edend. quique sibi copiam inspiciendarum & describendarum tabularum in testamenti, l. p. C. quemad. test. aper. vel caveri sibi de damno infecto; l. qui bona 13. §. qui damni 3. de damn. infect. qui novum opus nunciat, l. de pupillo 5. §. Qui opus 14. D. de oper. nov. nunc. qui Thesaurum suum in alieno fundo existentem possidere desiderat, l. Thesaurus 18. D. ad exhibend. quique satisfandi causa in municipium vocat, l. de die 8. §. jubetur 5. D. qui satisf. cog. de quibus Bocer. d. disp. 18. th. 47. per tot. ut & aliis Setser. d. c. 3.*

§. XIII

Nec minus juramento malitiæ, juxta *c. presentium 2. de testib. in 6. Gl. in c. Statutum. 11. sub fin. §. proferenda verb. expensas. de Rescript. in 6.* quam præfinitione certi termini occurritur producenti peregrinos Testes: Sicuti quandoq; Advocatos dolosè vel ex imperitia (nescientes sc. aliter partes juvare, & causã protrahere) moliri, & quamplurimas petere dilationes, tradit per *Gl. d. loc. Dn. Carpz. Jurispr. for. p. 1. const. 16. def. 33. ubi in fin. Dn. Lipsienses in causa Andrea Simmingeri contra heredes Susannen Seymerin zu Franckenhausen mens. Majo Anno 1602. sic respondisse testatur.*

§. XIV;

Quale juramentum & exigi potest jure Saxonico à Leuterante absque sufficienti gravamine, *Dn. Carpz. Jurispr. for. d. p. 1. const. 19. def. 29. num. 5. & seq.*

§. XV.

Ut & à deferente juramentum heredi super inventario confecto, si quid in eo omisum dicat; cum præsumatur pro inventario; aliàs heres, qui non confecto inventario res hereditarias



juramento legali patefacere tenetur, *l. ult. §. Licentia. §. Sin autem in fin. C. de Iure delib:* jusjurandum hoc petere non valet, *inquirente Dn. Carpz. d. const. 12. def. 26. per tot. ubi in fin. Dnn. Lipsienses in causa M. Andrea Cottens Pastoris zu Zansich mens. Oct. Anno 1633. ita respondisse refert. Consentit post plur. Berlich. d. concl. 31. num. 32. & seqq.*

## §. XVI.

In multis etiam bene constitutis consistoriis Commissionē petentes ad examinandum testes, de calumnia jurare, tradit *post plures Ruland. de commiss. d. p. 1. lib. 2. c. 14. n. 1.*

## §. XVII.

Sic, licet actorem, qui plenè intentionem suam probavit, non amplius ad præstandum hoc juramentū teneri dicat *Bl. in c. 2. de probat. per hunc text. (annectens id alibi non reperiri) & Rotam Rom. servare testetur Steph. Grat. discept. Forens. d. c. 208. num. 19.* nulli tamen dubitamus, quin juramentum calumniæ speciale, vel malitiæ, ubi expediatur, ab eodem exigi possit: *quod nec Bald negat d. loc. ut si fortè cavillofus, vel solitus sit corrumpere testes, iidemve suspecti de perjurio. Roderic. Suarez. in l. 4. lib. 2. For. Leg. Tit. de juram. pag (nobis) 297. num. 37.*

## §. XVIII.

Sic juratur quoque super positionibus seu (ut promissive ajunt) articulis, tum ab actore ipso, tum à reo: quod ratione illius vulgò juramentum Dandorum, hujus verò Respondendorum dicitur, *Dn. Carpz. d. p. 1. const. 12. def. 20 numer. 8. & utrumque potius speciale calumniæ dicendum putamus, cum Jac. Schult. obs. 56. n. 24. cum occasione d. Nov. 49. c. ult. solum ad excludendam superflinam probationem moribus introducta sint. Sibarid. ad Auth. (inde desumptam) In isto n. 2. C. b. t.*

## §. XIX.

Imò & exigenti juramentum calumniæ, non hoc solum, sed etiam malitiæ (fortè ob gravissimas suspiciones, temerè protrahendi processum &c.) in Holsatia prius imponi, *vidimus.* In quibus & id genus aliis, quæ prosequitur *Seif. d. c. 3. & passim. DD. præjudiciisque Camera Imp. illustrat Barth. Sent. Cam. p. 1. indice verb. tur. malit.*



malit. magna discretione ac prudentia iudicis opus est, ne temerè  
iuramentum calumniæ imponatur: *graviter sic in genere monente*  
*Setf. d. c. n. 74.*

## De Forma.

### C A P. V.

**F**orma hujus iuramenti (circa quam DD. valde variant) in  
eo consistit, ut idoneo tempore, loco & modo præstetur:  
*Vmm. d. disp. 12. Th. 11. pr.* quorum duo priora formam extrinse-  
cam, posterius intrinsecam constituunt.

#### §. I.

De tempore sciendum est, id jejuno stomacho, c. *Honestum*  
*22. q. 5. Gl. in c. Sacramenta de consecrat. Dist. 1. Arnold. de Reig. Pro-*  
*cess. jud. disp. 5. Th. 10. lit. A.* Jure Justiniano novissimo, genera-  
liter super tota causa præstandum esse semel, *Nov. 49. c. ult. & hinc*  
*desunt à Auth. In isto. C. h. r. vel in ipso primordio litis, i. e. in*  
*eod. termino, quo lis contestatur, vel statim proximo post, d. l. 2.*  
*in pr. & §. ult. C. h. t. d. Nov. 49. c. ult. Ord. Cam p. 3. Tit. 13. §. dar-*  
*gegen & Tit. 32. §. antepen. & penult. Fürstl. Würtemb. Landr. p. 1.*  
*Tit. 26. sub princip. §. und wie wol. consentit Jus Can. c. r. pr. h. r.*  
*in 6. non ante, etiamsi altera pars id offerat: ita in Camera Imp.*  
*in causa Alfeld contra Hagen (in iuriarum) iudicatum.*  
*30. Apr. Anno 61. & procuratoribus injunctum, ut*  
*iuramentum malitiæ præstarent, notante Ruland. de com-*  
*miss. p. 4. lib. 6. c. 10. memb. 4. num. 6. quin & interdum postea quo-*  
*que in reliquis litis partibus d. c. 1. pr. h. r. in 6. Fürstl. Würtemb.*  
*Landr. d. loc. (quemadmodum & tempore latae d. legis 2. C. h. t. in*  
*causis pendentibus ab altera parte absente præstari potuit d. l. 2. §.*  
*ult.) imò post conclusionem causæ (eâ per interlocutoriam rescis-*  
*sa) non quidem ad instantiam partis, Wurms. lib. 1. Tit. 14. obs. pr.*  
*3. num. 1. Gail. 1. obs. 84. sub num. 6. Setf. c. 6. num. 6. & seq. Concord.*  
*Fürstl. Würtemb. Landr. d. §. bis zum Beschluß der Sachen (contra*  
*Scacc. d. lib. 2. c. 1. num. 30. & quos citat. n. preced. 21. ubi quatuor*



hac de re opiniones recenset. ) sed ex officio Judicis juxta  
 Gail. d. loc. ubi in Camera Imper. in causa Waldeck contra  
 Büren (simplicis querelæ) observatum testatur; ut & inter  
 Electorem Palatinum & Landgravium Hassiæ in civitate  
 Wormatiensi, Wurms. d. loc. in f. conf. Rittershus. ad Nov. d. p. 9.  
 c. 19. num. 14. Setf. d. c. 6. n. 6. id quod ad causas summarias quoque  
 extendunt, etiam ad instantiam partis, idem d. c. 4. num. 71. & alii,  
 quos refert Scacc. de jud. lib. 2. c. 41. n. 29.

Hinc consequens est, quod, si juramentum hoc generale prapo-  
 sterè ante litem contestatam præstetur, sententia ex eo postmodum  
 lata non subsistat, Spec. d. tit. de jur. cal. §. 1. n. 1. Obr. d. tr. c. 9. num. 8.  
 Vmm. d. disp. 12. num. 47. (secus ac Panorm. statuit in d. c. 1. post  
 pr. de jur. cal. in 6.) nisi congruo tempore repetatur. Paul. de Castr.  
 in d. l. 2. sub. num. 2. & Curt. Sen. n. 1. C. h. t. Vmm. d. loc. (contra  
 quod sentit Abb. in c. 1. not. 3. sub. numer. 4. d. jur. calumn. & ibid.  
 Ant. de Butr. n. 19.)

Juramentum verò malitiæ tam ante, quàm post litem con-  
 testatam, etiam præstato juramento generali, quoties nempe ju-  
 dici visum fuerit salubre, exigi potest. d. c. 2. §. ult. de jur. cal. in 6.  
 supr. cap. 2. & 4.

Sed & absentibus judex certum terminum præstandi ju-  
 ramenti calumniæ præfigat necesse est; d. l. 2. §. hoc etiam 5. C. h. t.  
 quod in camera Imp. in causis Appellationum à definitiva, vel  
 vim ejus habente, in secundo termino præstatur Ord. Cam. p. 3. tit. 32.  
 §. pen. Christoph. Schyvanman. in Process. Cam. lib. 2. c. 13. n. 8. ut &  
 in causis primæ instantiæ, sive simplicis querelæ, etiam deinceps,  
 quamprimum juramentum hoc exigere placet, Ord. Cam. d. p. 3.  
 tit. 13. sub pr. §. dergleichen. Anth. Decis. Cam. d. verb. jur. cal. pr.

### §. II.

Locum quod concernit, jusjurandum hoc regulariter ob  
 rei gravitatem ad acta vel in judicio publicè præstandum est, Auth.  
 principales §. 4. ibi: sub gestis monumentorum C. h. t. d. l. 2. §. Sin  
 autem absuerit 3. verb. actis intervenientibus. & verb. inter acta. item  
 §. Hoc etiam 5. verb. inter acta. præsentem nimirum Judicem, d. l. 2.  
 pr. verb. Evangelis ante judicem positus d. Auth. Principales §. 1. co-  
 ram quo



ram quo lis contestata est, eod. §. vel, si ad eum pervenire nequeunt, ut qui longius absunt, d. §. 4. coram officialibus *ibid.* §. 2. Qua in re notanda est differentia inter jus civile & Canon. Illo enim, cum principales ipsimet, non per procuratorem jurare teneantur, d. *Auth. de quo supr. c. 3. §. 8.* absentes, si per procuratorem agere malunt, prius Jusjurandum hoc subeunt, d. l. 2. §. *Sin autem absuerit. & §. hoc etiam §. junct. Nov. 124. c. 1.*

*Iure Can.* autem, quod hodie observatur, per procuratorem, speciale mandatum habentem, juramentum hoc præstari potest. d. *C. ult. d. jur. cal. in 6. de quo supr. d. c. 3. d. §. 8. & seq.*

Cum verò interdum habita ratione circumstantiarum, ab ipsis potius litigantibus, quàm Procuratoribus ipsorum juramentum hoc exigatur, *c. in pertractandis. 3. de jur. cal. secundum super. c. 3. sub d. §.* egregiæ tamen personæ, aliàs speciosæ dictæ, l. *speciosas 100. D. V. s.* ob honestatem ( ad quam J.C. ti plerumque respiciunt ) non in loco publico sive iudicio de calumniâ jurare tenentur, sed domi suæ, parte adversa vel ejus procuratore præsentem, aut per contumaciam absente *μωνομεγῶσ*, arg. l. *Generaliter 12. §. his itaq; 4. vers. licentia. C. de reb. cred.* id præstant, d. l. 2. §. 1. coram delegatis à iudice d. *Auth. Principales §. sed si 2.* (uti & in aliis juramentis. l. *ad personas. 15. D. de jurejur.*) quas personas ( secus ac DD. ad d. l. 100. *Setf. d. tr. c. 7. num. 4. cum seqq. ex Ruland de commiss. p. 2. lib. 2. c. 5. n. 5.* & passim faciunt ) non facile est definire, sed ex cujusque dignitate, amplitudine, existimatione & celebritate id prudens Judex æstima- bit; *Duaren D. de jurejur. c. 7. Obr. d. tr. c. 9. num. 20. Ruland. d. cap. n. 17. ubi communem dicit.* id quod in valetudine impeditis, ut & ad ipsos domum mittatur, pariter obtinet, d. l. 15. *D. de Iurejur. junct. c. Si qui testium 8. X. de testib. Concord. Jus Sax. Landr. lib. 1. art. 46. Weichbild. art. 18.* Idque in utrisque tum personis egregiis, tum valetudinariis, de necessitate, non gratiâ, urbanitate, vel arbitrio iudicis, vigore d. l. 15. ( *contra Riminald. & alios ad hanc l.* ) intelligendum putamus, cum *Setf. d. c. 7. n. 10. Ruland. d. c. n. 18.*

Sic quamvis ad senes quoque privilegium hoc juramenti domi præstandi extendatur, *juxt. Accurs. & alios in d. l. 15. junct. d. c. si qui testium. Obr. d. c. 9. num. 15. Vmm. d. D. 12. num. 48.* hodie tamen, nisi simul vel morbo detineantur vel in dignitate quadam con-

stituti



Hic uti sunt, id non habere locum stylus docet, ut bene monet *Ru-land. de commiss. p. 2. lib. 2. c. 5. num. 6. Setf. d. c. 7. num. 12.*

Nec, quod in foeminis honestis sancitum, *d. auth. principales. § 3.* ut & ipsa domi coram officialibus, & quidem singulariter, parte adversa absente, jurent de calumnia, *Germania* ~~præ-~~ *cisè observat*, sed quandoque etiam in judicio comparent, ut nec malè ab illis juramentum hoc exigatur, plerumque verò per procuratores vel curatores suos ad litem (*kriegische Vormünde*) id præstare solent, *Obr. c. 9. n. penult. Vmm. d. n. 48.*

Sed cujus expensis ista domum ablegatio fieri debeat? non parum variant DD. Nos hæc arbitrio judicis relinquimus. *arg. d. l. Generaliter. 12. §. His itaque vers. licentia C. de reb. cred.*

§. III.

Quoad modum, de jure in sequentia juratur capita: I. quod litigantes credant, se bonam fovere causam; *d. l. 2. C. h. t. §. 1. Inst. de pæn. tem. litig. Nov. 49. c. ult.* (quamvis causa dicatur in Actore, instantia in Reo, ut ex *dd. text. observat Obr. d. tr. c. 10. n. 27.*) II. quod interrogati in jure verum fateri velint; *Gl. inc. 1. de iur. cal. in 6.* III. quod nolint ullam dilationem non necessariam petere; *d. l. 1. C. h. t.* IV. quod nihil penitus patrocinii causâ judicibus vel alii cuicunque personæ pro hac causa dederint, promiserint, & dare, promittere velint: *Nov. 124. c. 1. d. Auth. Principales. C. h. t.* (cujus originem Scto cuidam *juxta Plin. id referentem lib. 5. Epist. ult.* adscribit *Obr. d. c. 10. num. 37. & seq.*) quæ simul recensentur in *Ord. Cam. p. 1. tit. 65.* Hæc autem formula litigantibus plerumque prælegi solet:

*Ihr werdet (oder sollet) schweren einen Eyd zu Gott/ (si procurator sit, addi solet in Ewer Partheyen und Ewre eigene Seele) daß Ihr glauber eine rechte gute Sach zu haben / darumb ihr jetzt im Recht standen; daß ihr auch/ so ihr im Rechten vom Richter gefragt werdet/ die Wahrheit nicht verhalten werden/ oder abredig seyn; und daß ihr auch keinen unnorhürffrigen gefährlichen Schub der Sachen begehren; auch in dieser Sachen niemands andern/ dann denjenigen/ so das Recht zuläset/ ichts geben/ oder verheissen habet / auch fürter nicht thun wöllet / darmit ihr die Urtheil erlangen und erhalten möget/ alles getrewlich und ungesährlich. ex Ord. Cam. d. loc. Concord. Fürstl.*



Sürstl. Würtemb. Landr. p. 1. Tit. 26. Hoffg. Ord. fol. 26. nisi quod alius sit additus articulus, nempe: *Das ihr wissenschaftlich kein falsch / unrecht oder betriegerische Beweisung wollet erlangen / außbringen / oder gebrauchen* Bocer. d. Cl. 6. disp. 18. Th. 10. quod ex d. Nov. 49. c. ult. arg. ejusd. desumptum est; quæ omnia hisce vulgaribus versiculis, à DD. commun. citat. continentur:

Illud juretur: quòd lis sibi iusta videtur;  
Et si quæretur, verum non inficietur;  
Nil promitteretur; nec falsa probatio detur,  
Ut lis tardetur; dilatio nulla petatur.

Quanquam Speculatori d. tit. De jur. cal. §. Nunc dicamus n. 1. hic ultimus articulus de dilatione planè omittendus videtur, eò quòd litigatores ferè semper fiant perjuri: cùm præstito juramento calumniæ plerumque superfluas dilationes petere soleant.

Quin & hodie ex consuetudine multarum curiarum juratur de non appellando temerè vel calumniosè, ad differendum negocium Joh. Forst. Process. Iudic. tit. 61. sub fin. conf. Myns. cent. 3. obs. 56.

Cæterum de variis jurandi formulis, olim tum in Ecclesia, tum extra eam usitatis, in genere tractat Setf. d. rr. de juram. lib. 1. c. 15. & c. 3. num. 3. & seqq. add. Covarruv in c. Quamvis. de pactis in 6. p. 1. pr. num. 14. Verisimile autem est jusjurandum hoc tempore Pauli JC. in l. inter coheredes 44. §. qui familia 4. D. Fam. ercis. (durante adhuc Ethnicismo) per genium, salutem aut venerationem Principis fuisse præstitum, uti aliàs habetur in l. si duo 13. §. ult. D. de iurejur. l. si quis. 41. C. de transact. l. 2. C. de iurejur.

At postea Imp. Justinianus expressè sanxit, ut SS. Evangeliiis, propositis d. l. 2. pr. C. h. t. & tactis, d. l. 1. §. 1. eod. (quod tamen cum aliis juramentis commune habet Vmm. d. disp. 12. n. 49. sub med.) id præstaretur: exceptis Episcopis de jure Can. quibus ob reverentiam & honorem singulariter tributum, ut non tactis, sed tantum coram se positis SS. Evangeliiis de calumnia jurent, c. ult. de jur. cal. Obr. d. c. 10. num. 11. & seqq. conf. Ruland. d. commiss. p. 1. lib. 1. c. 10. num. 10. id quod corporaliter præstari dicitur. l. 3. C. si min. se major. dix. non (juxta profanos autores) ab ara, quam tenebat jurans,

E

bat jurans,



bat jurans, sed quòd actus aliquis corporis, nempe tactus Evangeliorum, vel hodie similis interveniat; *Obr. d. c. n. 10.* qui cum sit symboli loco, hoc sc. juramentum non tam Iudici, quàm DEO præstari, *d. l. 2. §. Quod si actor. 6. C. h. t.* idcirco perinde esse putamus, utrum NOVUM Testamentum, an VETUS (*contra Covarruv. ad c. 2. p. 1. §. 1. num. 2. de pact. in 6.*) attingatur, *per d. l. 1. §. 1. verb. scripturis C. h. t. Obr. d. c. num. 16. & seq. Vmm. d. disp. num. 49. sub fin.* qui jurandi mos (ut in genere nunc adiaphorus) in quibusdam Germaniæ judiciis etiamnum viget; imò in quibusdam nequidem proponitur Sacer Codex, sed simpliciter juratur: *Als mir Gott helffe und sein heiliges Wort;* *Dn. Carpzov. Iur. For. p. 2. const. 16. def. 6. n. 6.* in plerisque autem locis, quoad MARES sublata manu dextra ejusdemq; duobus digitis, indice & medio, quoad FŒMINAS iisdem mammillæ sinistrae impositis, jurari, in propatulo est, & ipsimet in praxi non semel vidimus, *confer Obr. d. c. n. 8. Vmm. d. l. idq; post sedulam admonitione de perjurio, ejusque tremendis pœnis, & prælectionem articulo- rum, super quibus jurandū, pro diversitate locorū, vel conceptis verbis formul. præcedent. Ich schwere ic. vel hoc ferè modo: Was mir fürgelesen (fürgehalten) und Ich wol verstanden/ glaub und schwere. Ich demselben getrewlich nachzukommen: als mir Gott helffe!*

Ita quoque præstari solet juramentum malitiæ hac forma: *Ihr sollet einen Eyd zu Gott schweren (si fuerit procurator, addi solet; in Ewrer Partheyen und Ewre eigne Seele) wofern solches von Euch mit gutem Gewissen geschehen mag / daß von Euch das jenige / was ihr fürbringet und begehret / nicht außgefährlichem und bösem Fürsach / noch zu Verlängerung / sondern allein zu erheischender Nothdurfft der Sachen / geschehe: ( & si procurator: und daß ihr das also zuthun insonderheit von Ewer principal Parthey Befehl empfangen habt. ) Fürstl. Würtemb. Landr. d. p. 1. Tit. 27. Hoffg. Ord. fol. 26. similia habentur verba in Ord. Cam. d. p. 1. Tit. 74.*

Formam Juramenti Dandorum & Respondendorum proponit *Ord. Cam. p. 1. Tit. 69. usq; ad 74. exclusivè. Fürstl. Würtemb. Hoffg. Ord. p. 1. fol. 27. & seqq. & Landr. p. 1. sub Tit. 28. & 30. §. IV.*

Cujusmodi formulæ in genere, ut receptæ, non per æquipol-  
lens



lens præstari debent, post plur. Ruland. de commiss. p. 1. lib. 5. c. 10. lit. b. ubi in fine id Cameram Imp. 17. May Anno 539. in Blich de Steckingen / præfecto in Maulbrunn / contra Communitatem Mungen in testem producto, observasse notat.

Unde liquet, juramenta hæc præstita non censeri, si quis promittat bey seinen wahren Worten und Glauben / an Eydessstatt / oder daß Religio Christiana mit eingelauffen: ut Auth. Decis. Cam. d. Rubr. juram. cal. sub med. minus congruè id huc refert: Etsi enim DEUS inter simplicem sermonem & juramentum non facit differentiam, per text. in c. juramenti. 22. q. 5. Gail. 2. obs. 59. inf. nec Ecclesia, utpote quæ se conformat iudicio DEI; c. à nobis cum ibid. notat de sent. excomm. in 6. Gylm. Rer. Iudic. Cam. lib. 1. decis. 14. num. 32. attamen hæc & similia vires & efficaciam veri juramenti non habent, quando pro forma alicujus actus juramentum corporale & solenne requiritur, per ea, quæ pulchrè tradit Ruland. de commiss. p. 2. lib. 2. c. 11. n. 32. & seqq. & Dn. Carpz. Iurispr. for. p. 2. const. 36. def. 8. n. 3. & def. 9. n. 2. conf. eund. d. p. c. 16. def. 6. num. 9. & seqq. ubi de similibus: Beym Wort der Göttlichen / oder ewigen Wahrheit / bey Gott / idem statuit.

§. VI.

Tactionem istam Evangeliorum superstitionem & ignorantiam verbi divini, quasi per DEUM non sufficeret jurare, Donnell. appellat. lib. 21. Comment. jur. civil. c. 13. in pr. ( ut & præterea suscipientes officia jurare tenebantur per Virginem Mariam & Archangelos Michaëlem & Gabrielem Nov. 8. tit. 3. ) In Camera tamen Imp. præter DEUM etiam per Evangelium, ut in genere, Reichs. Abschied de Anno 1555. §. und dann dieweil / Denais jur. Cam. verb. jurisjurand. form. junct. Ord. Cam. d. p. 1. à Tit. 57. usque ad 85. inclusive / ita & hac in materia juratur. Ord. Cam. d. p. Tit. 65. & 74.

§. VII.

Manui autem dextræ magnam inesse religionem, etiam antiquioribus visum est, ut in fœderibus sancientibus, rebusque cæteris gravioribus firmandis, uti constat ex Alex. ab Alex. lib. 2. Genial. dier. c. 29. adeò ut & ipse DEUS jurasse hac levatâ dicatur. Esai. 62. vers. 8. quæ etiam intelligitur Exod. 6. vers. 8. n. 14. vers. 30. Deut. 32. vers. 40.

E 2

Ezech.



*Ezech 36. vers. 7. cum simil. & in sacris dextra felicitatis & beatæ vitæ signum est, sicut sinistra miseræ & condemnationis perpetuæ. Matth. 25. Camerar. med. hist. lib. 1. c. 35. in fin. Sers. de Inram lib. 1. c. 15. num. 9. cum 6. seqq.* Illius indice elevato jurans significat, se indicare vel apertè ostendere, quem sermonis sui testem vocet, quemque delicti, si fallat, vindicem esse velit, medio verò, regiâ sc. se velle ingredi viâ, nihil aut addendo, aut demendo veritati, & utroque simul, ut declaretur ejus, qui jurat, cum eo, per quem jurat, consensio; at mulieres juraturæ quòd manum non tollant, sed eosdem digitos sinistrae mammillæ applicent, denotat subjectionem, quâ viris obstrictæ sunt, *Sers. d. c. n. 16. cum seqq.* imò obverecundiam quoque sexus hoc fieri non malè quis dixerit.

Ex eadem consuetudine nonnulli differentiam constituunt inter Illustres & alias masculini sexus personas: quasi Illustres, dextra mammillæ, ad instar mulierum, impositâ promittere, ac postea elevatis digitis jurare cogantur: quemadmodum in Camera Imper. in causa Weyland Jhr. Fürstl. Gn. Herzog Christophers zu Würtemberg re. Christlöblichster Gedächtnuß/die Graffschafft Löwenstein betreffend/ Comites contra den Kayf. Fiscal præstitisse, meminit *Ruland de commiss. d. p. 1. lib. 5. c. 10. num. 12. junct. eod. p. 23. lib. 2. c. 11. num. 50.*

## §. VII.

Judæus verò in Camera, præmissis nonnullis quæstionibus, ad quas ordine respondet, manu dextrâ ad juncturam usque in librum X. præcepta continentem, & quidem voces quasdam Decalogi, (nempe secundum præceptum) hebraicè conceptas impositâ, jurare tenetur, recitans formulam ipsi ab alio prædictam: uti omnia hæc fusè tractantur in *Ord. Cam. p. 1. tit. 86. Sers. d. tr. lib. 3. c. 3. n. 60. Wurms. lib. 1. tit. 14. observ. pract. 6 per tot.* (ubi peculiarem juramenti calumniæ in Judæo ritum, quem ipsemet viderit in consistorio principis Palatini, describit, ut & alias formulas ex *Spec. d. tit. de jur. cal. §. Restat vers. sed pone Judæus. citat.*) *conf. Ruland. d. p. 1. lib. 5. c. 10. n. 13. & seq.*

Ex dicta *Ord. Cam.* (cujus stylum inferiora judicia, quantum fieri possit, sequuntur, per *Recess. Deput. Anno 1600. §. dieneiß aber*



Aber pag. ( nobis ) 756. sub fin Vultej. vol. 2. Conf Marp. 29. num. 129. Nebelkrä. Decif. 21. § Vnde quintum.) juramentum calumniæ (ac mutatis mutandis malitiæ) in Judæo, præmissis præmittendis, de quibus proximè supr. facilè quivis formare potest hoc modo:

ADONAY, ein Schöpffer der Himmel und des Erdreichs/ auch aller Ding/ wie auch mein und der Menschen die hie stehen/ Ich ruffe dich an/ durch deinen heiligaen Namen/ daß Ich glaube eine rechte gute Sache zuhaben/ darumb Ich jest im Recht standen / daß Ich auch so Ich im Rechten vom Richter gefragt werde / die Wahrheit nicht verhalten will / oder abredig seyn ; und daß Ich auch kein unnöthürfftigen gefährlichen Schub der Sachen begehren/ auch in dieser Sachen niemands andern/ dann denjenigen so das Recht zuläßt / ichts geben oder verheissen habe/ auch fürter solches nicht thun will/ damit Ich die Urtheil erlangen und erhalten möge/ alles ohn alle Gefährde/ Argelist und Verborgligkeit; Wo Ich aber einig Falsch oder Betriegligkeit darin gebrauche/ so sey Ich Heram und verflucht Ewiglich/ daß mich übergehe und verzehre das Gewr/ das zu Sodoma und Gomorra übergienge/ und alle die Flüche/ die an der Thorach geschrieben stehen / und daß mir auch der wahre Gott / der Laub und Gras und alle Ding geschaffen hat/ nimmermehr zu Hülf noch zu statten komme/ in einigen meinen Sachen und Nöthen.

## De Fine.

## CAP. VI.

## §. I.

Introducitur est calumniæ juramentum primariò boni publici causa, d. l. 2. § 4. C. h. r. ut nempe via præcluderetur calumniis, ibidem § si entra 8. c. 1. in fin. eod. in 6. ne lites facile moveantur, vel motæ protrahantur. d. l. 1. in f. pr. verb. hujus sacramenti timore contentiosa litigantium instantia compescitur. § Quod si actor 6. C. h. r. Unde haud immerito Imp. noster jusjurandum hoc maximum dirimendarum causarum remedium vocat d. l. 2. § 8. in f. ex l. 1. ff. de jurejur. Obr. d. Tr. c. 11. in f. conf. Wesemb. in x. C. h. r. sub n. 104.

Hinc



## §. II.

Hinc consequens est, id privatorum pactis minimè remitti posse, per l. 38. D. de pact. cum simil. ne quidem juratis (contra Fern. Vasq. illustr. quest. lib. 5. c. 25. pr. Grev. lib. 1. concl. pract. 85. n. 2. in fin.) Juramentum enim non debet esse vinculum iniquitatis, c. quanto 18. X. de jurejur. & quod præstatur super pacto vel conventionione, principaliter contra publicam utilitatem, vel quod nutrit peccatum, adeoque vergit in dispendium salutis æternæ, ipso jure nullum est; c. cum contingat. 24. eod. Quod tamen in Principe fallit, qui Juramentum hoc, cum sit juris positivi, secundum ea, quæ supr. c. 3. §. 1. dicta, Rescripto remittere potest: per l. 8. D. de cap. minut. DD. in l. 31. D. de LL. Gail. 1. obs 85. num 8. Scacc. de judic. d. lib. 2. c. 1. num. 127. ubi de communi opinione testantur, dummodo expressis verbis (à quo multi dissent.) deroget. d. legj. 2. C. h. tit. arg. l. Præcipimus 32. in fin. C. de appellat. l. Sancimus 27. pr. C. de testam. Ord. Cam. p. 2. Tit. 31. in fin. Grev. d. n. 2. concl. pract. 85. Vnm. d. disp. 12. n. 40.

## §. III.

An autem jusjurandum hoc generale tacite remitti queat, nempe si neuter ex litigantibus hujus mentionem faciat? in hoc jus civile & Canon. è diametro inter se distant: Illo enim id nequaquam fieri potest: d. l. 2. §. 4. verb. collusionem, videantur, dissimulatione. C. h. t. cum generale hoc sit de ordine & forma judicii, ceu in Partium arbitrio minimè posita, Sers. d. lib. 3. c. 1. num. 13. adeò ut Judex ab iisdem id prætermisum ex officio exigere teneatur, idque sub pœna: ibid. & d. §. 6. cum seq. cæteroquin sententia, contra hunc ordinem lata, ipso jure nulla fuit, l. 4. C. de sent. & inter loc. omn. Iud. Obr. d. c. 11. num. 14. & seqq. (excepto speciali calumniæ juramento, quod, cum de re familiari aut privata cujusque præstetur, ut omnes de juramento malitiæ supr. cap. 4. citat textus evincunt, & tacitè & expressè nedum pacto jurato à litigantibus remitti posse opinamur. arg. l. Iurisdictionum 7. §. si paciscar. 14. de pact. Sers. & Obr. d. loc. huc fac. quæ not. Bachov. ad Treutl. d. vol. 1. D. 21. Th. 3. lit. C. vers. Quod neque remitti potest. sub fin.

Jure autem Canonico (quod etiam in criminalibus hoc casu hodie observari notat ex Farinac. Obr. d. c. n. 18. Grev. lib. 1. concl.



concl. pract. 84. num. 6.) ab iisdem Partibus, etsi non expressè, Gl. in d. c. 1. verb. tacite de jur. cal. in 6, tamen tacitè remitti potest, eod. §. 1. verb. omisum nec idcirco judicialis procesus corrui: ibid. siquidem id hoc jure simpliciter de substantia judicii non est; d. c. 1. in fin. pr. & d. §. propter omisum (secus ac Azo sentit, ex Accurs. relatus ab Vmm. D. disp. 12. num. 40. sub fin.) Quod si verò semel exactum fuerit, vel utrinque, vel ab alterutra parte, de substantia ejusdem est, adeòque sine nullitate Procesus omitti nequit (arg. ducto à contrario sensu, quod in jure fortissimum vulg. l. 1. de off. ejus, cui mand. juris.) Gl. ibid. in verb. annullandus d. p. 3. tit. 32. §. penult. Ord. Cam. d. p. 3. tit. 32. §. pen. Fürstl. Würtemb. Landr. p. 1. tit. 26. §. und mag. Obr. d. c. n. 16. & seqq. Herm. Es. Rosenkorb pract. forens. c. 77. n. 47. uti in Fürstl. Würtemb. Hoffgericht 20. Oct. Anno 1628. decisum refert Frisch d. disp. Th. 285. quamvis in Camera Imp. in causa Kerstlingeroda contra Braunschweig Anno 96. mens. Mart. petatum atque omisum, & tamen nihilominus pronuntiatum putet Ruland. d. commiss. p. 4. lib. 6. c. 10. memb. 4. num. 10. Id quod nec à Judice, facultatem habente de plano, summarie & ex arbitrio procedendi, remitti potest; ut in terminis Rotam Romanam judicasse refert Grev. d. lib. 1. concl. pract. 84. n. 8. citat. plurib. conf. Meno. h. de arb. jud. quest. 20. n. 1. quin & à partibus exactum vel cogente judice præstari debet, d. l. 2. §. 4. Fürstl. Würtemb. Landr. d. loc. conf. Gylm. Symph. supplicat. Tom. 2. p. 1. vot. 5. n. 55. ubi in Camera Imp. compulsoriales in eventum decretos refert. Quæ nullitas tamen ibidem non attenditur, Gail. v. obs. 84. num. 3. cum seqq. ubi num. 5. in fin. ita factum, inquit, in causa Hagemerck contra Heinrich von Kinsbach 7. Sept. Anno 65. & in causa Philip. à Staffel contra Jacoben Goler von Ravensperg (quamvis bis juramentum calumniæ exactum) ut & in causa Jacobi Alterman contra Hans. Weghern. confer Würms. d. lib. 1. tit. 14. obs. 2. in fin. Auth. Decis. Cam. d. verb. jur. cal. sub. princ. ubi id inibi aliquoties observatum tradit. Patet enim ibidem (ut & in judicio Aulico) nullitates procesus inferiorum instantiarum non attendi, modò de meritis causæ ex actis constet: Ord. Cam. p. 3. tit. 34. §. 1.

Quippe



Quippe in Consistorio Principis potius de æquitate, quàm rigore juris judicari solet, ut nimirum lites dirimantur; *per text. notab. in c. ad petitionem X. de accusat. Gail. 1. obs. 42. pr. & d. obs. 84. num. 6.* quod fallit in illis nullitatibus, quæ in his supremis & solemnissimis Imperii judiciis committuntur: In istis enim legitimus iudicii ordo observari debet. *ibid.* Hinc, quòd propter omissionem juramenti hujus petiti processus annulletur, pro majori cautela, hujus conservandi causâ, tradunt DD. ut Procuratores utrinque post præstitum hoc juramentum uno contextu omnia anteriora acta repetant, hoc modo: recipio libellum, contestor litem, & recipio terminum ad probandum &c. *post Br. & Vant Gylm d. vot. s. n. 54. & seqq.* quod & in Camera Imp. usu exigente, unâ cum conclusione, partibus injungi solet, *juxta eundem d. loc. & Barth. Camer. p. 2. fol. (nobis) 682. in fin. ubi uterque id Præjudiciis confirmat.*

## §. IV.

Exactio autem ista juramenti calumnia & malitia (ut & vice-versâ sui ipsius oblatio *Schwanman Process Cam lib 1. c. 25. n. 20. sub fin.*) viva voce fieri debet, hac ferè formulâ (ad Prothocolum dictari solitâ:)

P. P. Demnach auß Gegentheils Handlung erscheinet/ daß derselbige sich unterstehen thut/ diese clare Sach gefährlich (vel, si malitia, böser Meinung) zuverlängern / solches aber zugestatten meinem Principaln ungelegen: Als will man hiemit vom Gegentheil das gewöhnlich Juramentum calumniæ (malitiæ) erfordert/ auch sich selbst darzu erboten / und zu würcklicher Leistung desselben beyderseits Gerichtlich zuzulassen unerdienstlich gebereten haben &c.

In productis enim (puta Exceptionibus, Duplicis &c.) jusjurandum hoc petatum, nec præstitum, iudicium non reddit nullum: *Dn. Joh. Jac. Plebst (Illustris Ducalis, hic Tubinga quod habetur, Collegii quondam Professor jur. Feud. celeberrimus) ad Jus Provinc. Würtemb. part. 1. disp. 1. n. 91. lit. C.* Quippe id iudici per dissimulationem præterire vel negligere licet; *per text. expr. in Reces. Deputat. Anno 600. §. 129. (fol. nobis 770. in fin.)* ubi dicitur: Als auch unser und der Ständ Entscheid erfordert worden/ob juramentum calumniæ, so allein in Schrifften und nicht mündlich begehret/ zuverstatten oder præterire



præteriri werden könne und möge. Denais Iur. Cam. Tit. 166. §. 2. Grev. lib. 1. concl. pr. 84. Confid. 1. n. 1. in fin. ubi hoc etiam Decreto generali Camera Anno 593. constitutum esse meminit, cujus tenorem refert Oth. Meland. Comment. in Process. Cam. Noë. Meur. p. 4. fol. (nobis) 128. in fin. verb. Iuramenta Dandorum, Respondendorum, calumniæ wirklichlich zuerstatten, soll hiufürö mündlich im Gerichte erfordert und offerirt; sicuti id (calumnia) Dnn. Camerales præterierunt in causa Hipp. contra Wolfliu/ut & in causa des Abts zu Badgassen contra Veldens Ao. 153. mens. Mart. Auth. Decis. Cam. d. verb. Iur. cal. circ. med. & Thilm. de Benign. d. Pentecost. 4. observ. Cam. 47. num. 1. quod non solum in Camera Imp. sed & aliis Dicasteriis frequentari Schwannman. Process. Cam. lib. 1. c. 45. n. 21. tradit.

Id quod oppositum est captiosæ quorundam cautelæ: ut si negligens & incautus actor iuramenta hæc per reum in scriptis exacta non præstitisset (quemadmodum fortè, tum à iudice, tum à parte non tam accuratè, quàm oretenus petita observari possent) reus exceptione hujus nullitatis executionem sententiæ contra se latæ impedire, totumque procesum annullare queat; Card. Tusch. concl. pract. 533. num. 1. 2. & 5. quæ doctrina (licet eandem autoritate Jacob. Butr. Imol. & Alexandri admittat Fern. Vasq. Illustr. quest. d. c. 25. sub n. 6. vers. Adde quod ex hoc cauti Advocati. & n. 13.) tanquam sincero & Christiano homine minus digna, Grev. d. loc. ut dolosa & fraudulenta, imò ipsum Judicem & iudicium (repenitus inspecta) eludens, *ibid.* ad autorem suum, Diabolum, meritò remittenda est, *ex speck Obr. d. c. 11. nu. 28.*

§. V.

Ut ut autem jusjurandum hoc partes exigant, exactum tamen iudex postea parti deferre solet: *arg. d. l. Generaliter 12. in fin. pr. & §. 1. C. de reb. cred. Vmm. d. disp. 12. num. 40. pr. Scacc. de Iudic. d. lib. 2. c. 1. n. 72.* Sicuti prudentissimè in toto Imp. Romano-Germanico receptum est, ut nullum in iudicio præstetur iuramentum, nec præstitum alicujus momenti censeatur, nisi à iudice interloquente fuerit impositum. *post alios D. Carpz. Iurispr. for. p. 1. const. 12. def. 34. n. 3.*

§. VI.

An autem Jusjurandum hoc generale Consuetudine vel  
F Statuto



Statuto remitti sive tolli possit? non una est DD. sententia: Nos Affirmativam amplectimur, idque ex gravi & rationabili causa, ad evitanda nimirum perjuriam, quæ indies, experientia teste, cumulantur, *Scacc. d. c. num. 131.* adeò ut contentu DEI ac religionis juramentum hoc (proh dolor!) nē obolo quidem æstimetur, *inquirente Bald. in l. si post perfectam 24. n. 1. C. de evict. fac. text. in l. Qua sub conditione 8. pr. D. de condit. inst. & tum Principales, tum Procuratores magis de committenda, quàm omittenda calumnia jurent, Marant. spec. aux. p. 6. Rubr. de jur. cal. num. 11. Gail. 1. obs. 85. sub n. 4. (arg. illius Aquinat.*

Quid enim salvis infamia nummis?)

*Marant. d. loc.* non magis id curantes, quàm domus antiqua & ruinosa fumum, ut in genere de Juramentis quoad procuratores arguit ex *Henning. Gøden. Matth. Coler. dec. 115. num. 10.* Unde & nota non paucis ista cujusdam procuratoris in agone mortis sæpius iterata querela: O juramentum Calumniæ!  
*Petr. Frid. Mindan. de Process. & mandat. lib. 1. in Epist. Dedicat. sub med.* Quo respectu hujusmodi consuetudinem vel statutum potius continere favorem publicum, quàm ipsam legem de præstando hoc juramento existimamus, utpote quæ contra salutem animarum & velut nutrimentum peccati, dum ansam præbet perjurii, quæ potius omnibus modis præcidenda, per *text. eleg. in l. 2. § quorum C. de indict. viduit. toll. & in c. Clericos X. de cohabit. cleric. & mul.* Quapropter non solum Pontificem Rom. illam tacitam juramenti calumniæ remissionem (*de qua supr. cap. preced §. 3.*) introduxisse auctoritat Casp. Ant. Thesaur. lib. singular. Quest. forens. 40. in fin. verum & apud Saxones juramentum hoc generale ab usu recessisse, Dn. Carpzov. *Jurispr. For. d. p. 1. const. 12. def. 21. ubi & Dnn. Lipsienses in causa Heinrich Olzen zu Corbelaw mens, Sept. Anno 1628.* sic respondisse tradit, ac pluribus rationibus defendit. *ibid. per. tot. cui adstipulatur Dn. Franzk. ad D. de jurejur. num. 62. Bachov. d. vol. 1. disp. 21. Th. 3. tit. C. vers. quod licet ratione. Berlich. d. p. 1. concl. præc. 31. n. 4. ubi tamen. n. seqq.* etiamnum hoc jure in 2. casibus, nempe duelli incundi & matrimonii, (*de quo posteriori supr. c. 4. § 7.*) juramento huic generali locum esse restatur; Quanquam speciale, seu malitiæ, necdum  
in hoc



in hoc foro sublatum sit: *modò cit. DD. dd. loc. quod & nos retinendum nunquam renuerimus, idque in persona potius Principalium, quàm Procuratorum: cùm illi se jurare non putent, quando jurant per alium, & vultus, gestus cæteræque actiones multum faciant ad detegendum verum aut simulationem; hi verò non magnopere periculum alicujus casus formident, modò obtineant alieno, quod dicitur, corio. Sande Decis. Fris. lib. 1. tit. 9. def. 1. pr. post plures. & in fin.*

## De Effectu.

## CAP. VII.

**E**ffectus hujus juramenti alius est, si illud præstetur, alius, si recusetur: §. I.

Si præstetur, excusat à calumnia præsumta, *Seraph. de Seraphin. de privil. jurament. priv. 12. per tot. Wes. in parat. h. t. n. 11. sub fin. adeoque & ab animo injuriandi actorem, juxta Br. in d. l. properandum 13. §. fin. autem. 2. q. 1. num. 1. de judic. si fortè reus victor ab actore succumbente præter expensas satisfactionem pro injuria, Wandel und Abtrag/ uti vocant, quod nempe dicam ipsi scriptam probare non potuerit, efflagitet; sicuti id ejusmodi casui, suo tempore contingenti, applicat Modest. Pistor. p. 1. Illustr. quest. 35. num. 8. Cùm cessante calumnia, tanquam causa injuriæ, l. Si non convitii. 5. C. de injur. etiam cesset ipsa injuria, eod. sext. Pistor. d. quest. numer. 9. Non autem juramentum hoc præstitum excusat à vera calumnia, deinceps liquidò apparente; Obr. d. Tr. c. 12. n. 3. & seqq. Vmm. d. disp. 12. num. 51. Setf. d. Tr. de jurament. c. 8. n. 20. quamobrem ejusmodi calumniatorè, nedum in criminali, verùm & civili causa, hisce finitis, criminaliter, (secus quàm multi statuunt) accusari, Gl. in l. Et in privatis 3. ad SC. Turpil. Marant. Spec. aur. d. p. 6. rubr. de jur. cal. in fin. Wes. d. loc. inf. Seraph. d. loc. in fin. addit & convictum, præter ultionem Divinam, Ex. 20. vers. 7. non solum quàm calumniatorem, D. & C. de calumniat. Vmm. d. loc. sed & quàm perjurum (licet Umm. disl. d. loc. ubi hoc Controversissimum appellat) puniri posse censet Obr. d. c. 12. num. 7. & seqq. Setf. d. c. 8. n. 22. & seqq. ut jure Civili fustigatione, l. si duo 13. §. fin. de jurejur. l. Fustibus 16. C. ex quib. caus. inf. irrog. vel infamiâ, ead. l. Fustibus l. Si quis major. 41. C. de transact. l. pen. C. de dignit. lib. 12. Nov. 117. §. Sin*



verò. & comm. DD. in l. 2. C. de reb. credit. vel extraordinariè; Gl. & DD. in l. fin. de crim. stellion.

At jure Pontificio, depositione ab ordine, c. cum non ab homine. 10. ubi DD. de judic. interdum & privatione beneficii Ecclesiastici, c. querelam 10. ubi Gl. & DD. de jurejur. imò olim & linguam perjuro præcidi, solenne fuisse ex Harmenop. per Novell. Leon. & Constant. refert Setf. & Obr. dd. loc. Hodie verò perjuri (quod malum) rarò puniuntur, rarius poena corporali, at interdum pecuniariâ afficiuntur, interdum tamen iisdem duo digiti, index & medius, quibus elevatis jurarunt, præcinduntur. Constit. Caroli V. art. 107. & seq. Gl. Sächf. Landr. art. 9. lib. 3. & Ord. Pr. p. ult. const. ult. Obr. & Setf. dd. loc. quod postremum, præter infamiam, de qua paulò ante, & refusionem expensarum, hoc nostro casu statuit Ludovicus Gilhausen in Arb. Judiciar. c. 5. Kam. 8. num. 21. Nos autem id prudentiæ judicis pro qualitate circumstantiarum relinquimus.

Nec à refusione expensarum (secus ac multis placet) juramentum hoc, quatenus præstitum, vel per se, non liberat: Card. Tusch. concl. pract. 534. lit. I. Arismin. Tapat. compend. decis. Tit. 231. sub fin. uti totum mundum tenere Salicet. dicit in l. qui crimen 3. inf. C. qui accus. non. poss. quia nihilominus temerè, etiam calumniosè litem intendere, Tusch. d. loc. Vmm. d. disp. 12. n. ult. Setf. d. cap. 8. n. 21. Tapat. d. loc. imo per contumaciam expensis se obnoxium reddere potuisset. Idem ibid. Quid? quòd & aliàs rarò quis in expensas condemnari posset, ex quo super calumnia semper jurandum est. Vmm. d. loc. ubi magis communem innuit, & juramentum calumniæ nunquã liberat ab expensis, quæ jure actionis vel ex stipulatu debentur. per text. in l. Simulier. 3. §. Si rem. 2. de leg. 3. arg. locum, quem temerè 79. ubi DD. D. de judic. Setf. d. loc. Seraphin. d. Tr. privil. 13. sub num. 3. & 15.

Cæterum effectus Juramenti Dandorum & Respondendorum est, quòd lites eò citiùs dirimantur: Actor enim, omni superflua probatione ejurata, articulos solum pertinentes dare vel promere, & tantum, quos reus, debita responsione, non confessus est, probare tenetur.

#### §. II.

Quoad recusationem hujus juramenti præmittendum est, quòd is, cui delatum est, jure Civili, in continenti id acceptare & præstare



præstare teneatur: Ex intervallo enim id acceptum vel præstitum, nisi denuo deferatur, non valet; per l. non erit 5. §. fin. & ubi Br. n. 3. Ias. num. 2. Gl. in l. Act. ori: verb. remissum. C. de iurejur. spatium tamen deliberandi, (de quo variè Dd.) nullum quidem actori concedendum asserit Socin. in c. cum causam num. 10. & seq. X. h. t. C. uti in Camera Imp. observatum in causa **Virmund/ contra Virmund.** Ruland. de commis. p. 4. lib. 6. c. 10. n. 16. ne quidem heredi ipsius, ut in causa **Heinrichen Schulten contra Togens Weilern Dnn.** Camerales statuisse existimat Idem ibid. n. 12. *voris eorundem, non tamen sententiâ visâ*) sed reo petenti, imò & termini ejusdem prorogatio indulgetur. Auth. decis. cam. d. vers. jur. cal sub princ. inquires: **So Actor juramentum calumnie præstire / und Reus ad id præstandum 2. Monat gebetten und erhalten / und ihm aber nicht gebühren will / ohn gründliche Erkundigung der Hauptsachen / solchen End zuerstatten: So kan er ex nobili officio judicis umb vorerhaltenen termini prorogationem bitten / und wird ihm zugetassen.** Herm. Es. Rosenkorb Obs. Cam. (post præct. ipsius forens.) 9 Ruland. d. loc. ubi hæc singularia nuncupat. Sed jure Sax. (in casibus admissis supr. c. preced. circ. fin.) is, cui defertur jusjurandum hoc, in continenti quidem illud suscipere, at præstare non cogitur, nisi proximè sequenti juridicâ, seu termino probatorio, quousque ipsi dilatio conceditur, per plur. Reig. pro. es. judic. disp. 5. Th. 9. lit. C. Recusatur autem juramentum hoc vel ab Actore vel Reo, vel Procuratore;

Si ab Actore, tum is causa cadit, cum refusione expensarum, & reus absolvitur ab instantia, d. l. 2. §. quod si actor. 6. C. h. t. junct. auth. principales §. si quis. 5. eod. c. ult. in f. X. eod. concord. Fürstl. Würtemb. Landr. d. part. 1. tit. 26. §. pen. Ruland. d. loc. num. 13. ubi id in Camera Imp. in causa **Fris contra Theiling** (primæ instantiæ) observatum, & in causa **Penz contra Holstein à D. Asscsore** quondam deductum refert. ut & observatum in causa **Christoph Cick & consorten contra Christoph Becken** (Appellationis,) ubi prior sententia confirmata, & appellans in expensas condemnatus, notante eod. d. c. n. 12. Sin à Reo recusatur, ipse pro confesso, & consequenter convicto habetur, sc. in his capitulis, quæ narratione comprehensa sunt, adeoque via producendi defensioales eid. præcluditur. per d. l. 2. §. fin.



autem. §. d. auth. principales §. 5 & d. cap. ult. in fin. eod. concord.  
 Fürstl. Würtemb. Landr. d. tit. §. ult. Aut. Decis. Cam. d. loc. Grey.  
 lib. 1. concl. pract. 87. sub fin. Ruland. d. cap. n. 15 egregium hujus exem-  
 plum referens in Camera Imp. in causa Margarethen von Eben/ contra  
 Christoph Friderich von Rugen (simplicis querela) ubi Actor, cum vidis-  
 set reum juramentum hoc malitiose defugere, petierit id sibi deferri, &  
 praestiterit ante litem contestationem; Reo autem post litem contestatam  
 ut idem faceret, per interlocutoriam injunctum, qua cum transisset in  
 rem judicatam, pro confesso habitus fuerit, & definitive pronunciatum,  
 non attento, quod post terminum se ad id offerret.

Quæ poena non ipso jure committitur, sed sententia decla-  
 ratoria opus est per d. l. 2. §. 6. & seq. d. auth. principales; §. si quis au-  
 tem §. C. h. t. Gail. 1. obs. 86. num. 1. ubi id in Camera observari  
 dicit. late Grey lib. 1. concl. pract. 86. per tot. ubi communio-  
 rem hanc, & inter hæc duo multum interesse tradit, quæ tamen  
 Bachov. ad Tr. d. vol. 1. diff. 21. §. 4. lit. C. potius absolutoria & con-  
 demnatoria diverso respectu Rei & Actoris dicenda videtur: sed  
 declaratoria quin etiam certis casibus dicatur, nihil vetat; si enim  
 sententia interlocutoria eventualis, qua injungitur parti ut juramen-  
 tum calumniæ petitum intra certum tempus sub poena non juran-  
 tis præstet, purificata sit: tunc sequitur definitiva declaratoria, in-  
 quiente Gailio d. loc. consent. Aut. Decis. cam. vers. jur. cal. sub fin. ubi  
 ita in Camera Imp. conclusum afferit in causa Floming  
 contra Barov 15. Junii Anno 66. cui nimirum B. præfixus  
 fuerit mensis ad jurandum de calumnia cum comminatione declaratio-  
 nis poena, qui elapso mense petierit prorogationem, quæ ipsi denegata:  
 Und hat mans bey vorigem Urtheil bleiben lassen; sic sæpe jura-  
 mentum malitiæ injungitur simul cum termino ad concludendum  
 sub poena non jurantis, ut in Camera Imp. in d. caus. **Virmund**  
 contra **Virmund** 8. Oct. Anno 1567. ubi ut & in aliis decla-  
 ratio semper fieri potest, Ruland. d. c. 10. n. 18.

Moram tamen ante hanc declaratoriam purgari posse contendit  
 Gail. d. obs. 86. n. 2. & seqq. Sets. d. cap. 8. n. 4. Obr. d. c. 12. num. 19.  
 Grey. d. loc. n. 3. in fin. ubi de hoc hæsitandum non esse dicit,  
 eo quod contumacia hæc non jurantis ficta tantum, non vera sit,  
 juxta Castrens. in d. §. quod si actor n. 2. & in poenis legalibus mora an-  
 te sententiam purgari queat, per l. qui cum natu major 1. §. Accusasse.  
 D. de bonis



*D. de bonis libert. l. Papinianus 8. §. meminisse D. de inoff. Test. & l. alia causa 8. C. de his quib. ut indig. Gail. d. loc. n. 3.* Hinc, num & quando pœna non jurantis de calumnia in heredes transeat, distinguunt Dd. utrum adhuc vivente defuncto sententia isthac declaratoria lata sit, an vero post obitum ipsius: & priori casu, heredem affici, non autem posteriori, diserte statuit juxta plures *Crev. d. concl. 86. consid. 1. per tot. add. Gail. d. obs. n. 6. ubi ex castrens ad d. l. 2. §. 6. num. 2. id perpetuo menti tenendum dicit: cum ex ficta defuncti contumacia heres non obligetur. l. Ejus, qui delatorem 29. ubi Br. n. 1. ff. de iure Fisc. Obr. d. c. 12. n. 12. conf. Gail. d. loc. Sers. d. c. 8. n. 7.*

Quamvis autem detrectans juramentum calumniæ pro convicto, ut paulo ante dictum, habeatur, ita ut eo casu appellare non liceat; tamen quando opponitur per Reum exceptio litis finitæ vel peremptoria intentionis, ut tibi non competit actio, tum si iudex nihilominus injungat juramentum hoc, appellari de eo potest & inhiberi: quia punctus, ut dicitur, calumniæ præjudicialis est, ad punctum exceptionum oppositarum, æque ac si iudex injunxisset litis contestationem, inquitente Autore *Decis. Cam. d. verb. juram. cal. sub pr. & Thilem. de Benign. d. Pentecost. 4. Obs. Cam. 47. n. 3.* ubi in Camera Imp. Processus decretos in causa *Osten* contra *Osten* Mens. Oct. A. 92. quamvis inhibitio noch dero Zeit abgeschlagē: dubitasse enim Dn. Camerales, an non juramentū calumnia, fortassis ratione exceptionum, quod speciale vel malitia est, injunctū fuerit, uterq; testatur.

Nec pars condemnatur in pœnam non jurantis, si procurator de calumnia jurare nolens exonerationem petat, ut observatum in Camera in causa *Retten* contra N. 17. Febr. Anno 70. *Auth. decis. d. loc. Thil. de Benign. d. pentecost. Obs. Cam. 46.*

Nec condemnatur pars, si iusiurandum hoc ab ipsa in scriptis exactum nec præstitū sit, per ea quæ supra cap. preced. §. 4. dicta *Obr. d. c. 11. n. 28 Sers. d. c. 8. n. 15. Gail. 1. obs. 84. n. 7.* ubi se, id in Camera Imp. majoribus quandoq; votis observatū, meminisse refert.

Quoad Procuratorem, varie à variis agitata est quæstio, an contumacia ejusd. etiam in propriam animam (nam quoad Domini animam per se patet juxta *Græc. lib. 1. concl. pract. 9. n. 3.*) non jurantis, domino noceat, ita ut pœna juris d. *auth. principales. §. 5. d. l. 2. §. 6. & 7. junct. cap. ult. §. fin. X. eod.* præscripta locum habeat? Nos cum *Rota Rom. de Butr. & Socin. de jure Affirmativam* amplecti mur per *l. si procurator. 10. C. de proc.* quamvis Domino contra eund. mandati actionem ad damna & interesse reserveamus, arg. *l. licet 42. §. ea obligatio 2. ff. d. proc. cum similib. Gail. 1. obs. 45. n. 4.* sibi enim imputet, quod negligentem elegerit arg. *l. cum mandato 23.*



*inf. de minor. l. sed et si 7. in fin. de Instit. act. Gail. d. obs. n. 2. in Camera*  
 autem Imperiali hoc casu procurator ipse tantum poena pecuniaria afficitur, ut  
 observatum se meminisse testatur *Gail. 1. obs. 89. num. 4. conf. Ruland. de*  
*comm. s. p. 1. lib. 2. cap. 14. inf. Reig. Process. juris d. disp. 5. Th. 9. lit. b. in fin.*  
*Obr. d. c. 12. n. 24. etiam ad expensas à lite contestata & citandum Principalem*  
 (moderatas judicialiter) ut decretum ibidem 2. Sept. Anno 532.  
*Barth. Sent. Cam. p. 2. fol. (nobis) 144. lit. C. junct. indice hujus p. Verb. In-*  
*ram. cal. in fin.* Id quod benignius esse haud inficiamur; quam poenam ta-  
 men non incurrit, si (quod facere & plane causam, praevia citatione partis ad vi-  
 dendum se exonerari & decreto judicis, *Denais. Jur. Cam. Tit. 241. quod*  
 praevudicio Camerae Imp II. Mart. 527. *illustrat Barth. Sent. Cam. p. 1.*  
*fol. 878. desistere sub poena tenetur) nolit de calumnia jurare, post-*  
 quam rescivit Principalem suum malam fovere causam. *Ruland. d. part. 4.*  
*lib. 6. c. 10. n. 27. ubi id in Camera Imp. observatum in d. causa Schulten*  
*contra Tongens refert. Quamquam ibidem procuratori cuidam pertinaci jus-*  
*jurandum hoc sub comminatione confessati libelli 21. Aug. 1601. in junctum*  
*not. Barth. Sent. Cam. p. 3. fol. (nobis) 1200. lit. D. Sic e binis ad eandem cau-*  
 sam constitutis procuratoribus in solidum cum facultate jurandi de calumnia,  
 alterutro existente contumace, Domino praevudiciu in certur per d. l. 10. C. de  
 proc Greco. d. lib. 1. concl. 89. *confid. 1. n. 2. ubi in fin Rot. Rom. ita judicasse*  
*ex Ant. Del Re. d. tr. refert. cujusmodi constitutio in inferioribus judiciis non-*  
 nunquam usu venit, c. si duob. de procur. in 6. non autem in Camera Imp. ubi  
 singulis causis singulos procuratores non plures. nisi ordine successivo in ca-  
 sum nempe resignationis mortis &c. constitui, patet ex *Recessu Deputationis*  
*1600 §. Als auch befunden. fol. (nobis) 764. sub princ. Greco. d. loc. n. 1. De-*  
*nais. Jur. Cam. Tit. 239. inf. Ceteru quae nam poena sit non jurantis de malitia*  
 valde controvvertunt Dd. cum nulla in d. c. 2. §. fin. (ubi sedes est hujus jura-  
 menti) de jur. cal in 6. nec alias in jure poena expressa sit; sed poenam legalem non  
 jurantis de calumnia & hoc casu determinandam esse, statuit Greco. lib. 1. concl.  
 pr. 87. ita ut contumax Actor commodo super quo jurandum cadat, ib. & Reus  
 pro confesso seu convicto habeatur respectu illius articuli, super quo pars pe-  
 tit jurari ibid. *Forst. proces. judic. Cam. tit. 61. inf. Gail. 1. obs. 87. n. 2. ubi inf.*  
 id Dnn. Camerales in d. causa *Birmund contra Birmund secutos*  
*asserit, quod & in praxi receptum est, refert Greco. d. loc. conf. Obr. d. c. 12.*  
*in fin. Setf. d. c. 8. n. 11. in fin. Procurator vero de jure Domino quidem no-*  
 ceat per d. l. si procurator 10. C. de procur. sed in Camera Imp. multa, ac perse-  
 veranter immorigerus aliam graviori arbitrariam afficiatur: uti pronunciatum  
 ibidem in causa *E. Cardinals und Erzbischoffs zu D. und des Kayf.*  
*Fiscals wider die Stadt H. 21. Nov. Anno 533. Barth. Sent. Cam. p. 2.*  
*fol. (nobis) 225. lit. A. quod posterius quoque in ipso pariter circa calumnia*  
 ejurandam pertinace locum habet arg. *Ord. Cam. p. 1. Tit. 52. §. 1. Visitatio*  
*Memorial 68. §. 8. Denais. Jur. Cam. Tit. 247. n. 1. §. 3. ut in quodam*  
 a causa, sub comminatione privationis officii, prorsus re-  
 moto, 21. Jun. Anno 510. decretum  
*refert Barth. d. Tr. p. 1. fol. 282. pr.*











ULB Halle

3

006 682 022



V017









COMMENTATIO  
AD TIT. COD.

1654, 2.

De  
**JURE JURANDO**  
PROPTER CALUMNIAM  
DANDO,

2

*ad Praxin hodiernam accommodata;*

*Quam*  
NUMINIS DIVINI AUXILIO,  
*authoritate*

**AMPLISSIMI JURECON-**

sultorum Ordinis in Illustri & antiqua  
UNIVERSITATE Tubingensi,

*pro loco*  
*in FACULTATE JURIDICA*  
*rite obtinendo,*

publicæ censuræ submittit  
**JOHANNES GRAVIUS,**  
U. J. D. & Professor,

*Respondente*  
**TOBIA LOTTERO,**  
Stutgardâ Württembergico,

*Die Februar. horis locoque solitis,*

Typis **JOHAN: ALEXANDRI CELLI,**

**ANNO M. DC. LIV.**

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Centimetres